



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Solida, Verboqve Dei Et Libro Concordiae Christianæ
congrua Decisio, Qvatvor Illorvm Inter Aliqvos Theologos
Augustanæ Confessionis, Nuperrime Controversorum
Capitum Principaliorum, de verâ ...**

Johann Georg <I., Sachsen, Kurfürst>

Lipsiæ?, [ca. 1624]

urn:nbn:de:hbz:466:1-32961

Th. 1432.

AB

OS
IS,
PA-
Fili
do-


Th
1432


W
vern
tter
su/

Acces Publicis illis etc. ad supplicia qui mediate et directe

Primus Augustus Jure: in Europaeis in Principibus
 3 Medicina dignissima ad — — —
 ad collegii in praesentem in universitatibus ad — — —
 facit — — —

Joh. eide 7. Aprilis 1679. in
 presentibus & Gregorius in. Hermannus in
 Joh. in m. p. his. in obsequio nobis.
 Nicolas Deymer





S O L I D A,
VERBUM DEI ET LIBRO CONCORDIARUM
habetur congrua

DECISIO,

QUATVOR ILLORVM INTER ALIQVOS
THEOLOGOS AUGUSTANÆ CONFESSIO-
NIS, NUPERRIME CONTROVERSORUM CAPITUM PRINCIPA-
LIORVM, de verâ descriptione & fundamento præsentia DEI, ejusque Filii
JESU CHRISTI apud creaturas, necnon de incessante & plenario do-
minio Christi, secundum humanam naturam in statu humiliatio-
nis, & quid humiliatio, exinanitio, ac eva-
cuatio Christi sit?

*Cum clementissimo, & piientissimo mandato Serenissimi ac
Potentissimi Principis ac Domini,*

Dn. JOHANNIS GEORGII
SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ET MONTIUM
Ducis, S. R. Imp. Mareschalli, & Principis Electoris, Landgravii
Thuringiæ, Marchionis Misniæ, Burggravii Magdebur-
gensis, Comitis de Marcâ & Ravensburg,
Domini in Ravenstein:

*Quomodo in Serenitatis sua Electoralis Academiis, Ecclesiis, Scholis publicè
de suprâ dictis quatuor capitibus doceri debeat.*

*Singulari jussu Electorali, ad notitiam omnium publici
juris facta.*

Cum Privilegio Sereniss. Elect. Saxon.

OS:SO

Excusa primùm Lipsiæ,

M. DC. XXIV.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO
100 St. George Street
Toronto, Ontario
M5S 1A5

D. B. C. 1. 2. 1. 0.

ON THE THEORY OF THE
EQUATION OF MOTION
IN THE CASE OF
A PARTICLE
MOVING IN A
MEDIUM

BY
J. J. THOMSON
PH.D.

PRINTED BY
LONGMANS, GREEN & CO.
LONDON

1904

Price 1s. 6d.

Printed in Great Britain

M. D. C. XXIX



DEI GRATIA,
NOS JOHANNES
 GEORGIUS, SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ
 ET MONTIUM DUX, SACRI ROMANI IMPERII
 ArchiMarescallus, & Princeps Elector, Landgravius
 Thuringiæ, Marchio Misniæ, Burggravius Magdeburgi
 Comes de Marca & Ravensburg, Dominus in Raven-
 stein: Venerabilibus, Nobis Dilectis, De-
 votis, & Fidelibus,

CONSISTORIORVM NOSTRORVM, ACADEMIARVM,
 & Ecclesiarum deputatis Theologis, Superintendentibus, Pastoribus, Diaconis,
 Scholarum quoque in Electoratu & Ditionibus Nostris Moderatoribus, Cle-
 mentiam nostram deferimus; simul significantes universis
 & singulis,



Uotidiè Nos recordari, & a-
 nimitùs dolere, periculosissi-
 mas illas, & gravissimas per-
 turbationes, quæ Patriam
 nostram dulcissimam GER-
 MANIAM, per aliquot annos,
 justâ Dei permissione, exceperunt: Ex quibus
 non tantùm misera Politici Regiminis dis-

A 2

tractio

tractio, sed & compluribus in locis Ecclesiæ
 Evangelicæ persecutio, & ingens damnum
 profluxit. Quemadmodum verò nostro lo-
 co nihil planè Nos intentatum reliquimus,
 quod ad reducendam & postliminò revo-
 candam pacem preciosissimam, nec non
 communem Patriæ salutem restaurandam
 conducere videbatur: Ita nihil quoque gra-
 tius Nobis accidere potuisset, quàm si status
 Ecclesiarum nostrarum Evangelicarum, in
 toto orbe Christiano inperturbatus: inter
 Theologos etiam nostræ Confessionis Chri-
 stianæ consensus, quoad uniformitatem
 phrasium, de articulis fidei, post publicatum
 Librum Concordiæ, undiquaque salvus, &
 non interruptus perstitisset.

Et si autem meritò ingentes Deo gratias
 agimus, quòd in Electoratu nostro, hac in
 parte, quoad harmoniam in doctrinâ nihil
 prorsus desideretur: In propatulo tamen est,
 quanto conatu juratus ille Dei, & hominum
 adversarius hoc agat, ut alibi noxias, & cum
 scandalo conjunctas dissensiones, ac schis-
 mata excitet, quò vinculum caritatis & Cō-
 cordiæ Christianæ solvatur & dirumpatur:

Et

Et quidem inter eiusmodi Theologos, qui utraque ex parte nostram salvificam, inque Scripturâ Sacrâ fundatam, & primâ invariata Confessione Augustanâ comprehensam Religionem publicè profitentur, eandemq; hæctenus commasculatâ fronte, & constanter adversus furores Pontificiorum, Calvinianorum, & aliorum hæreticorum asseruerunt: insuper amicitiam fraternam & intimam invicem aluerunt: Quo dissidio cursus certè Evangelij inevitabiliter impeditur & retardatur: Adversarij quoque ansam inde arripiunt, Ecclesias nostras pessimè traducendi, & simpliciores ab agnitione veritatis cœlestis facilius abstrahendi.

Nostri igitur officii, quod divinitus Nobis injunctum novimus, & mandati illius, quò Christianæ Ecclesiæ cura summa, ceu Nutritio fidei Nobis præcipitur, memores: meritò in eam curam diligenter incumbimus, ut in primis Dei Verbum purè & sincerè doceatur. Deinde errores, si qui sparguntur, ex Scripturæ Sacræ armamentario propulsentur, & tandem Ecclesiæ & Scholæ in conditionibus ac provinciis nostri Electoratus,

A 3 puriore

puriorē doctrinā divinā posthac etiam ut antantur-fruantur: ab omnibus novitatibus & dissidiis, quæ irrepunt, diligenter præmonitæ ac præmunitæ.

Nec latent Nos præclarissima Exempla Majorum nostrorum laudatissimorum, qui Ipsi quoque, ut potè pientissimi Electores, & fulcra Sacri Romani Imperii, nihil prius, nihilque antiquius habuerunt, quàm relegato omni sopore, & torpore, diligenter providere, ut nobilissimum clinodium divinæ & cœlestis veritatis intemeratum in Ecclesiis Evangelicis conservaretur.

Horum igitur vestigia laudatissima premerere, & Nobis libuit: cumque animadvertemus, partes dissidentes non tantum hætenus agitatum controversiam, privatim inter se non composuisse: verum etiam indies longius ab invicem dissensisse, quæstiones novas subtiles cumulasse; genuinum insuper sensum & intellectum Christianæ Concordiæ in dubium vocasse, & quamlibet partem pro se eam allegasse: Quia insuper amicabilis interpositio non æquè omnibus grata & accepta fuit: nihilominus verò
aliquot

aliquot scripta polemica edita ; eaque inter Doctores & Pastores Evangelicos , necnon studiosam juventutem , ubique locorum , adeoque in nostris quoque ditionibus & provinciis sparsa ac disseminata : hoc ipso etiam modo & medio non tantum nunc haud exiguum scandalum datum ; sed & posteritati lapidem offensionis positum esse deprehendimus : Idcirco , ex zelo pio & Christiano , præcipuos Theologos , tum qui in Academiis nostris sunt , tum qui extra eas vivunt , convocavimus , usque clementissime injunximus , serio præcipientes , ut pro scientiâ & conscientiâ , agitatae & ventilatae hactenus controversias , expenderent : Vtriusque partis fundamenta trutinæ meditationis accuratæ apponerent : quid Scripturæ Sacræ , quid Symbolicis nostrarum Ecclesiarum Confessionibus congrueret , consentienter conciperent : quomodo de quæstionibus controversis sine violatione Verbi divini , defectione à Symbolis nostris primariis , præsertim Libro Christianæ Concordiæ , in Ecclesiis nostris doceri , & quid credi deberet , deliberarent : decisionem quoque suam

n
en
De
re
in
bet
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o
p
q
r
s
t
u
v
w
x
y
z
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o
p
q
r
s
t
u
v
w
x
y
z

suam testimoniis Scripturæ Sacræ, & receptorum Symbolorum Evangelicorum probè munirent, ad jactata denique fundamenta adversæ doctrinæ, modestissimè responderent, & hæc omnia, brevitate, quâ fieri posset, maximâ, facerent.

Huic clementissimo nostro mandato, cum Theologi convocati humilimè morem gesserint, scriptum adornatum denuò relegerint & unanimiter approbârint: ita quidem ut pro conscientiiis suis Christianis singuli testentur, decisionem Controversiarum, quæ sequitur, summariam, & quicquid de iis pronunciarunt, se absque ullâ *περὶ τὸ ἀπολύτως*, pro infallibili & divinâ veritate agnoscere; intrepidofque ac imperterritos, hoc nomine, coram tremendo judicio œcumenico, & tribunali JESU CHRISTI, in die illo magno, & glorioso comparere velle.

Quapropter necessarium omninò existimavimus, scriptum sequens typis publicis divulgare. Nostrâ enim plurimum refert, quandoquidem in aliquibus membris, ad judicium Saxoniorum Theologorum, & cal-

& calculum libri Christianæ Concordiæ in-
stanter provocatur, dispicere, ut genuinus &
germanus ejusdem sensus conservetur, Mi-
nistris quoque Ecclesiarum & Scholarum
in provinciis Electoratus nostri, quin & Stu-
diosæ juventuti in Academiis monstretur,
quomodo de novis obortis controversiis
publicè docere: & cui sententiæ propter Ve-
ritatis cœlestis invictam deductionem, ad-
stipulari debeant. Neque enim constitutum
animo habemus, cum Dei Ter Opt Max.
gratiâ, Regiones, & ditiones nostræ, tran-
quillitate summâ, & sine ullo grassante Re-
ligionis schismate etiamnum fruantur, per-
mittere, ut posthac novis istis, & alibi inva-
lescentibus controversiis turbentur aut in-
quietentur: Quem ipsum in finem scri-
ptum sequens adornari, & publicis typis ad
omnium noticiam, exscribi curavimus.
Quemadmodum autem seriò & clemen-
tissimè volumus ac mandamus, ut qui in
Ecclesiis & Scholis nostrarum Regionum
concionando, legendo, profitendo & di-
sputando docent, scripto sequenti se con-
for-

B

for-

10
formant, aliamque sententiam privato
ausu non introducant: Ita spem quoque
concepimus amplissimam, alibi etiam mul-
tos Orthodoxos Theologos, aliosque no-
stræ Evangelicæ & Lutheranæ doctrinæ ad-
dictos Christianos, debitâ gratitudine cele-
braturos, quòd laboranti Ecclesiæ succurri-
mus, & antequam latius malum serperet,
controversiam hanc, minus certè necessa-
riam, & planè intempestivam, per ejusmo-
di Theologos, qui nullo modo suspecti, ad-
rem autem istam satis idonei fuerint, secun-
dum Verbum Dei, & Symbolicas nostras
Confessiones, examinari, ac definitivè deci-
di curavimus.

Sin verò præter expectationem nostram
alicui libuerit, propositum hoc nostrum
improbare: Ipse quidem graviter hoc no-
mine aliquando respondere cogetur: Nos
autem certi sumus, quòd in solius Omni-
potentis Dei gloriam, Ecclesiæque saluta-
rem ædificationem omnia fecerimus; opus
quoque ipsum in se ita sit comparatum, ut à
nullo

ii

nullo prudenti & sincero Christiano jure
vituperari queat.

Quod restat, ab omnipotente Deo, &
Patre cœlesti, ardentissimis votis precamur,
ut sancto huic nostro proposito, clementer
& largissimâ suâ gratiâ benedicat: quò salvi-
ficum verbum Evangelij purum & incorru-
ptum inter Nos conservetur; vera agnitio
Dei, & quem misit, Iesu Christi, propagetur:
omnes errores & schismata componantur,
tollantur, ac in primis à nostris provinciis ac
regionibus arceantur.

Et sicuti (Deo sit laus) per annos qua-
draginta tres, Ecclesiæ & Scholæ nostrarum
Regionum constanter magna que cum ani-
mi tranquillitate Libro Concordiæ adhæse-
runt: Nos etiam favente Spiritus Sancti gra-
tiâ, ad ultimum usque nostrum beatum ha-
litum, in eo perseverare omninò cupimus:
Ita faxit benignissimus Deus, ut posthac et-
iam confessionem istam exosculemur: tan-
dem que ut veri confessores sinceræ veritatis

B 2 coràm

coram tribunali Iesu Christi tantò alacrius
comparere valeamus: Hæc præloquij loco
celare noluimus: Et nostri obsequio suo hu-
milimo voluntati nostræ clementissimæ
respondebunt. Per scriptum Dresdæ, 10.
Decembr. 1623.



DE



I.

DE PRÆSENTIA DEI APUD CREA- TURAS.

I.

STATVS CONTRO- VERSIAE.



GITATA haftenus fuit inter aliquos Confessioni Augustanae addictos Theologos controversia, de praesentia Dei apud creaturas: non quidem, an Deus adsit; unanimiter enim utraque pars hoc confitetur: neque de eo disceptatur, an praesentia Dei apud creaturas cum operatione sit conjuncta? Extra omnem enim controversiam & istud est: quemadmodum illud quoque ambabus manibus utraque pars largitur, *quoniam* aliqua Scripturae loca solam Dei adessentiam, sine operatione innuere: Sed in hoc vertitur cardo quaestionis: Cum in Scriptura Sacra de *παρουσία* Dei apud Creaturas modificata agitur, an per verba, in caelis esse, caelum & terram implere, ego tecum ero, & similia dicta, nuda Dei adessentia, an verò simul efficax operatio innuatur? Adeoque

B 3

num

num ad accuratam definitionem præsentia Dei apud creaturas, semper etiam operatio efficax divina, seu pars essentialis necessaria requiratur? Ubi pars una Affirmativam, altera Negativam magna contentione tuetur.

II.

DECISIO HVIVS CON-
TROVERSIÆ.

IAM si Scripturæ Sacræ oracula penitus inspiciamus, perspicuum & manifestum est, præsentiam DEI apud creaturas, operationem semper in se completi: adeoque duo ad plenam definitionem præsentia Dei requiri: *Primo ad essentiam infiniti & immensi Dei; Secundo Præsentis Dei operationem.* Quæ ambo ita arctè & intimè iuncta sunt, ut nec DEUS sine adessentiâ suâ apud creaturas quicquam operetur, vel aggrediatur: nec sine operatione sua divina creaturis adsit: Sed secundùm universos ac singulos præsentia modos cum operatione adsit. Et si enim quoad nostrum concipiendi modum præsentia Dei ab operatione distingui potest: Sensu tamen Biblico sumpta, hoc est, modificata præsentia, nequaquam ab operatione separatur: Sed hanc præsentia Dei apud creaturas in suo esse unâ completitur: adeo quidem modificata DEI præsentia Stylo Biblico descriptâ, sine certâ operatione ne quidem concipi, nedum completè definiri queat.

Id quod luculentius patet, si modi præsentia divinæ distincti à *κελεύσεως* considerentur: Primo namque præsentia universalis, qua DEUS in cœlis est, omniaque replet, non utique sola eius est apud creaturas adessentia, vel propinquitas: sed & simul immediata ac potentissima earundem conservatio, & gubernatio, quo verba Jehovæ ipsius directè tendunt, Jerem. 23. vers. 23. & 24. *Nonne DEUS è vicino ego sum, dicit Dominus, & non DEUS de longè? Nunquid non cœlum & terram ego impleo dicit Dominus? Quid verò per propè suum esse Dominus velis, ipsemet explicat, nimirum, Neminem ita abscondere*
sc

se coram Deo posse, ut non videre eum queat: quod B. Lutherus in glossâ marginali sic interpretatur, *impios quidem eò securitatis & temeritatis prolabi, ut sibi imaginentur, Deum non videre pseudodogmata illorum.* Propè igitur esse, hoc in loco non nudam Dei adessentiam norat, sed & accuratam ejus attentionem, quâ hominum actiones & consilia observat: quemadmodum & *repletio cœli & terra*, gubernationem & Regimen omnipotentis Dei, in se comprehendit. Neque enim Deus solâ suâ infinitâ adessentiâ cœlum & terram replet: verùm etiam conservatione, & divina sua providentiâ, Implet cœlum & terram operibus sapientiæ suæ, omnipotentis, justitiæ, & misericordiæ: Ita quidem, ut vigoro hujus impletionis, *in Ipso vivamus, moveamur, & simus*; quemadmodum B. Apostolus præsentiam Dei interpretatur in Actis c. 17, v. 28. ubi certè rō esse, vivere & moveri in Deo, irrefragabiliter præsupponit operosam Dei conservationem: immò revera est ipsissima Dei operatio, creaturas conservans: sine ejus enim providentiâ & nutu, nec cœlum nec terra, immò, ne unica quidem creatura vel ad momentum consistere vel existere posset. Dum ergò precamur, *Pater noster, qui es in cœlis*, non nudè solam Dei universalem adessentiam, vel propinquitatem confitemur: Sed simul gubernationem œcumenicam, & quòd cœlesti modo regnet: utpote qui in cœlis est tanquam Pater, paternè sollicitus de Nobis: paternè providens, paternè imperans Nobis. Atque hæc de præsentia divinæ modo primo, nempe Universali,

Alter modus gratiosam Dei apud Christianos præsentiam complectitur, juxta quam in piis habitat, & longè est ab impiis: notatque partim specialem & arctiorem Dei in sanctis, tanquam in templis suis, inhabitationem: partim benignam apud ipsos operationem, in eorum justificatione, renovatione, defensione, consolatione, confortatione, donorum singularium collatione, & similibus beneficiis sitam: Sola enim sua propinquitate nihil Deus fidelibus prodesset, nisi clementer simul operaretur.

Atque huc directæ sunt universæ promissiones Dei, quibus recipit, se in Nobis habiturum, se Nobiscum futurum, se Nobis in tribulatione affuturum; non ut adsit tantum, sed ut opituletur,

Ita

De Præsentia Dei

Ita in Scriptura Sacra præsentiam Dei explicari legimus, dicente Davide: *Etsi ambulavero in medio umbrae mortis, non tamen timebo malum, quoniam Tu ME CUM es, virga tua & baculus tuus, ipsa me CONSOLATA sunt: parasti in conspectu meo mensam, adversus eos, qui tribulant me: impinguasti oleo caput meum: & quæ complura ibi beneficia recensentur: Ex quibus manifestum evadit, Davidem non nudam Dei adessentiam, sed efficacem, operosam, ac auxiliatricem præsentiam Dei intellexisse. Ita de Josepho scribitur, Genes. 39. v. 21. Dominus erat cum Josepho: statim autem sequitur: *Et misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu principis carcerum.* Hic vel manibus palpatur, Dei præsentiam auxilium quoque ejus efficax complecti: quod & B. Lutherus notiter observavit, Tom. 6. Latin. Witeberg. fol. 541. scribens, ita fuisse Dominum cum Josepho, ut Spiritum suum Sanctum ipsi dederit in carcere: Spiritum veritatis, qui ipsum sustentavit in morte, turpitudine & confusione, & inspiravit ipsi hunc sensum: *Noli timere, confortetur cor tuum, sustine Dominum.**

Similis locus extat apud Jeremiam, quem sic alloquitur Dominus: *Ne timeas à facie illorum: Quia ego tecum sum:* ut modificatam verò, vel gratiosam suam præsentiam innueret Dominus, mox addit: ut *ERUAM TE:* Jerem. I. v. 8.

Quamvis etiam David fatetur, se nullibi manus Dei effugere posse: cum præsens DEUS sit in cœlis, in terrâ, in inferno, in extremis maris, Psalm. 139. vers. 7. 8. 9. non tamen his etiam in verbis nudam Dei propinquitatem describit, sed & operosæ præsentia, vel regiminis Dei meminit, inquiens: *Etenim illuc manus tua DEDUCET ME, ET DEXTERA TUA TENEBIT ME,* Psalm. 139. v. 10. Ubi nemo non videt, longè plus esse, cum DEUS deducere & tenere, quàm cum tantùm adesse dicitur.

Ita cum idem Vates Jesseus inquit: *Propè est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus Eum in veritate.* Psalm. 145. vers. 18. mox ipsemet explicat, quid per hoc propè esse intellectum velit, nimirum, quòd Dominus voluntatem timentium se *FACIAT: deprecationem eorum exaudiat, & SALVOS EOS FACIAT,* vers. 19. Ita ergo percipimus, cum Deus propè est timentibus eum, vi hujus præsentia, apud eosdem semper efficaciter operari, in primis desideria illorum implendo.

Minimè

Minimè omnium autem de solâ suâ adessentiâ Christus verba facit, inquitens : Ubi duo, aut tres, in nomine meo congregati sunt, in medio eorum sum, Matth. 18. v. 20. Sed de tali præsentia loquitur, qua ad eventum exoptatum omnia perducantur : juxta interpretationem B. Lutheri in glossa marginali : & attendendus est versiculus proxime antecedens, qui sic sonat : *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni RE, quamcumq; petierint, FIET ILLIS à PATRE MEO, qui in cœlis est* : unde apparet non ociosum esse Christum in medio eorum, qui in nomine ipsius congregati sunt : sed tanquam Dispensatorem donorum Patris cœlestis, Psal. 68 v. 19. & Ephes. 4. v. 8. Sine gratiosa enim præsentia iis quoque adest Dominus, qui in nomine ejus congregati non sunt : Irrefragabiliter proinde sequitur, specialem quandam & gratiosam præsentiam hîc describi, quæ in precum exauditione, & desideriorum cordis impletione consistat : Et notatu dignum est, quod Dominus Iesus discipulis suis promissionem consolatione plenam dat, quæ promissio in sola propinquitate consistere non potuisset, siquidem hoc modo & impius aderat : præsentia verò auxiliatrix magno ipsis poterat esse solatio. Idem sensus est promissionis Christi Matth. 28. v. 20. *Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationem seculi* : Hisc enim verbis Dominus, tum discipulis suis, tum universæ Ecclesiæ Christi pollicetur : licet post paucos dies in cœlos visibiliter ascendere constituerit, invisibiliter tamen se ipsis nihilominus affuturum, adjuvando eos, regendo, protegendo, defendendo, & ad æternam salutem conservando, eo penè modo, quo in Psal. 46. Ecclesiæ defensio promittitur ; *Dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris, sonuerunt & turbata sunt aque eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius, non habere tamen Ecclesiam vel civitatem Dei quod metuas : Deus enim IN MEDIO EJUS*, h. e. uti sequentibus verbis explicatur : *Adjuvabit eam Deus manè diluculo, v. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*

Pari modo TIMOR ISAACI AFFUISSE JACOBO dicitur, Genes. 31. vers. 42. In hoc namque unico proa puppi quæ nostri consistit solatii, quod Dominus Deus noster, Immanuel noster, nobiscum sit : Esa. 8. v. 10. quod Deus pro nobis, Romanorum 8. vers. 31.

C

Atque

De Præsentia Dei

Atque hæc de secundo modo præsentia Dei, quam gratiosam vocare solemus.

Tertio modo præsentia dicitur GLORIOSA, quâ Deus apud Beatos Angelos & homines in cælis est omnia in omnibus: Et hæc iterum non duntaxat peculiarem ejus apud Beatos cælices propinquitatem, sed & continuam ipsorum glorificationem, & exhilarationem innuit ac comprehendit: *delectationes enim in dextera Domini, usq; in finem.* Psalm. 16. vers. ult. Et tota Scriptura scaturit testimonio, quâ operosus sit Dominus apud Sanctos Angelos & Beatos in cælis, dum Angelos in bono confirmat, ut in veritate consistant, & Angeli sancti maneant, Marc. 8. vers. 38. Angeli tantum conformes facit glorioso corpori Jesu Christi secundum operationem, quâ sibi subicere potest omnia, Philip. 3. vers. 21. glorificat eos, Romanorum 8. vers. 30. perducit eos ad gloriosam libertatem Filiorum Dei, Roman. 8. vers. 21. Ora ipsorum gaudio, & lingua exultatione replet, Psal. 126. vers. 2. Sed etiam utpote *ἰσχυρὸς*, Luc. 20. 36. faciem suam semper videre sinit, Matt. 18. vers. 10. Cumque omnium bonorum spe; Nemo ex iis, qui Scripturæ Sacræ gnari sunt, dubitet, Dominum Deum nostrum in æterna & incessabili exhilaratione Beatorum suorum, maximè in vitâ etiam æterna incessanter operaturum; hinc luculenter patet, præsentiam quoque gloriosam operatione divinâ minimè vacuum esse: Et proinde talis emergit *ἰσχυρὸς* irrefragabilis.

Si in Scriptura Sacra non reperitur ullus præsentia divinæ modus sine inclusa operatione definitus, utique nec præsentia Dei sensu Biblico per solam adessentiam completè definiti potest: Sed nec cessariò simul per operationem definiti debet.

Atqui verum prius, quod nimirum nullus modus præsentia Dei in Sacra Scriptura extet, qui non, cum adessentia, operosam Dei actionem, tanquam partem essentialem, in se complectatur. Ergo & posterius.

Locum Hiob. 11. vers. 8. & 9. quod attinet: *Excelsior est Dominus cælo, profundior inferno, longior terrâ, & latior mari;* non *κρείων*, vel *ὑπερόπ* ille de præsentia Dei apud creaturas loquitur, sed uti verba antecedentia testantur, agit ibi Sophar de imperscrutabili, & impervestigabili

vestigabili sapientia & infinitate Dei. Sic enim textus cohæret: Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & uſq; ad perfectum omnipotentem reperies? Excelsior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Non igitur Sophar de nuda Dei aſſentia, ſed potius de infinita & imperſcrutabili Ejus ſapientia differit: Et ſi maximè *ἀνεπίθετα* locum illum trutinaremus, nihil tamen inde amplius concludere poſſemus, quàm Deum eſſe infinitum, immenſum, & incomprehenſibilem; id quod extra omnem poſitum eſt controverſiam: de hoc autem capite jam diſceptatur, an præſentia Dei in ſacris Bibliis ſola ſit aſſentia, an verò etiam operoſa actio? vel num ullo modo Deus tantùm ratione propinquitatis, & aſſentiæ, ſive omnibus creaturis, ſive Angelis & Electis in cælo, aut etiam credentibus in terra, ſine operatione concurrente, præſens eſſe dicatur?

Verba Pſalmi centeſimi quadrageſimi quinti, verſ. 3. *Magnus Dominus, & laudabilis valdè, Et magnitudinis Ejus non eſt numerus*: de immenſa majeſtate, & infinita potentia Dei propriè loquuntur: quòd videlicet Nemo eam aſſequi, aut humana ſua ſapientia capere queat. De magnitudine operum quoque Dei loquuntur, quæ Deus facit in cælo & in terra: adeoque de præſentia Dei nihil proſus teſtantur.

Verba Iſraëlitarum exclamantium: *Eſtne Dominus in Nobis*, Exod. 17. verſ. 7. ne tantillum quidem probant, Deum ſine operatione Iſraëlitis aſſuiſſe, ſed murmur Iſraëlitarum, ex impatientia adverſus Deum exclamantium, deſcribitur: quaſi dicant: Figmenta ſunt univerſæ promiſſiones Dei, quod nobis aſſeſſe & opem ferre velit: Adeoque in dubium vocant *ἰσχυρίαν* Dei: Et ridicula ex ipſorum verbis eſſet collectio, ad probandam ſolam Dei aſſentiã, abſque ulla operatione: Gratioſa quidem operatione deſtitui ſe, Iſraëlitæ quiritantur; inde tamen non ſequitur, nullo planè modo Deum apud ipſos occupatum fuiſſe. Quod ſi etiam verba allegata penitiùs conſiderentur, manifeſtum ſit, magis illa contra eos, quàm pro illis facere, qui præſentiam Dei apud creaturas pro mera aſſentia habent. Neque enim dubitarunt Iſraëlitæ de Dei aſſentiã; ſed de Dei auxilio. Unde apparet, quòd præſentiam Dei, non pro nuda aſſentia, ſed pro præſentia auxiliatrice habuerint.

3. Pari infirmitate laborat probatio ex comminatione divina Exod. 33. vers. 3. *Non ascendam tecum, quia populus dura cervicis es, ne forte disperdam Te in viâ.* Quòd enim Deus gratia sua procul sit ab impiis, extrâ omnem versatur dubitationis a^{le}am : interim præsens ipsis est, & propinquitate sua & efficaci operatione : Non minus enim conservat illos potentia sua, quàm alias creaturas : cohercet etiam aliquando ipsos, & circulum ponit in naribus eorum : aut *μαρποδύμια* sua invitat eos ad pœnitentiam : & dirigit malos eorum conatus ad bonum finem : & quæ sunt hujus generis opera circa impios alia. Cæterùm, quemadmodum ex Scripturis Sacris, præsentia alia, quàm modificata, hoc est, cum operatione semper conjuncta, evinci nequit : Ita nec diversum quid in libris nostris Symbolicis reperietur : Et *ἀποσδιόρυσον* omninò est testimonium B. Megalandri Lutheri, quod ex tom. 3. J neni Germanico fol. 457. citatur. *Non enim ibi inficiatur, præsentiam Dei apud creaturas operosam esse: verùm repletivam Dei præsentiam, vel παρουσία U-niversalem, per locum Jerem. cap. 23. Nanne cœlum, & terram ego impleo, dicit Dominus; explicat : Et quòd implere illud Dei, non nudam Dei innuat adessentiam, satis perspicuè idem B. Lutherus docuit in glossa sua marginali super caput Ephesiorum quartum, ubi de *vocula implere, vel replere*, sic loquitur: *ut omnia impleret, hoc est, ut omnia in omnibus operaretur: & sine ipso nihil vel fieret, vel diceretur, aut etiam animo versaretur.* Hic nemo certè meram, vel ociosam Dei adessentiam describi, affirmabit: quin potius operosam, juxta quam Deus omnia in omnibus operetur.*

Quadrant hùc etiam verba B. Lutheri, quæ Tom. eod. fol. 357. extant : *Divinam potentiam omnibus in locis, adeoq; in vilissimo etiam arboris folio, enter, prasenter esse, oportet : hanc nempe ob causam; quia Deus est, qui omnia creat, operatur & conservat, per omnipotentem suam virtutem, & dexteram suam: uti fides nostra proficitur. Creaturus enim aliquid, aut conservaturus, non Præsectu, aut Angelis utitur, sed potentiâ suâ propriâ ipsemet omnia agit. & operatur, ut verò creet, ac conservet, necessum est, ut ipsemet adsit, suamq; creaturam tam, in intimo, quàm in extimo conservet. Hæc B. Lutherus: Ex quibus apparet; Bëatum Megalandrum, generalem Dei*

Dei impletionem, non pro mera adessentia habere, sed & efficacem eidem operationem apud Creaturas assignare, tam quoad earundem creationem quàm quoad conservationem. Consentit hac in parte B. Augustinus Epist. 57 ad Dardanum, sic scribens: *Sic AUG. Deus est per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia CREA- TRIX Mundi, sine labore REGENS, & sine onere conservans mundum.* Hæc B. Augustinus: Itaque inconcussum eriamnum manet, Dei præsentiam apud creaturas nullam sine operatione definiri, sed utramque individuo nexu connecti & conjungi, imò præsentiam Dei sine operatione completè & *eis in ois* describi minimè posse.



C 3

AN.

n
en
ck-

de
re
ir

her

A.

B.

ry w
de vern
Ortter
Zesur

A N T I T H E S I S.

- the- Econtra Heterodoxum 1. est, docere præsentiam Dei apud creaturas, in Scripturis aliquando, ut solam adessentiam, sine efficaci operatione, describi. Neque enim ex Scriptura Sacra hoc evinci vel demonstrari potest.
2. Heterodoxum est, quòd Deus aliquando nuda sua adessentia, sine ulla efficaci operatione, suos solatus sit: siquidem nec hoc probari potest.
3. Heterodoxum est, quòd Dei immensitas, pro præsentia ejus apud creaturas nonnunquam sumatur. Infinitus enim & immensus fuit Deus ab omni æternitate, antequam ulli creaturæ præsentem se exhibuit.
4. Heterodoxum est, quòd operatio Dei apud creaturas pro nudo accidente præsentia Dei sit habenda: cum pars sit essentialis præsentia modificata, prout ipsa in Verbo Dei revelato describitur.
5. Heterodoxum est, cum adessentia Dei, & operatio ejus apud creaturas invicem commiscentur; perinde, uti malè una ab altera separatur.
6. Heterodoxum est, quòd efficax Dei operatio tantum sit effectus, vel fructus, & non potius pars essentialis præsentia Dei.

Atque hæc de primo Capite controverso dicta sufficiant,

CAPUT

DE CAUSA, VEL
FUNDAMENTO PRÆSENTIÆ DEI
APUD CREATURAS: ET IN SPECIE DE FUNDA-
mento omnipræsentiz Christi secundum hu-
manam naturam.

I.

STATUS CONTROVERSIÆ
DE HOC CAPITE.



RES controversia de Præsentiz Dei ra-
tione, & definitione, mox de eo quoq; di-
sputatam fuit inter quosdam Augustanz
Confessioni addictos Theologos, Primò,
An præsentia Dei modificata apud Creaturas,
prout in Sacris Bibliis describitur, à sola immen-
sitate & infinitate Dei, an verò etiam à liberrima Ejus voluntate
oriatur? Ubi una pars solam immensitatem & infinitatem
pro fundamento præsentiz divinæ habuit: Altera verò
immensitatem Dei, & liberrimam Ejus voluntatem in
præsentia simul concurrere, contendit.

Postea de hoc etiam controvertitur, *quod sit omnipræ-*
sentia Christi iesu juxta carnem, fundamentum proprium & pro-
ximum? An voluntas & beneplacitum Dei? an personalis unio?
An ad dexteram Dei sessio? Ubi iterum unam sententiam
hæc, alteram illa pars amplectitur & propugnat.

DECL-

DECISIO HUIUS CONTRO-
VERSIAE.tio
tio

IAM si recto ordine & iusta methodo de hoc negotio loqui velimus, facile controversia illa decidi & componi potest. Quod enim attinet gratiosam, & gloriosam, vel cœlestem præsentiam Dei, apud credentes in terra, & Beatos Cœlites, utique hæc, quatenus est gratiosa & gloriosa à sola liberrima, propitia & clementissima Dei voluntate dependet: quicquid enim nobis ex hac præsentia obtingit, purum putum donum gratuitum est Domini Dei nostri, absque cuius propitia voluntate si foret, nihil pro: sus tale, & ne gry quidem accipere possemus. Penes Ipsum namque stetit hominibus promittere, quod ad ipsos venire, ipsisque benedicere velit, Exod. 20. vers. 24. Liberrimæ Dei voluntatis fuit, num peccata Nobis remittere, Filium suum unigenitum dare & mittere, adeoque num nostri misereri voluerit. Hinc Scriptura affirmat, quod operetur Deus universa, juxta decretum VOLUNTATIS suæ, Ephes. 1. vers. 11. operatur autem non ab lens, sed præsentissimus. Deus enim est Nobis propinquus, Jerem. 23. vers. 23. Ita David quoque ait: Domine IN VOLUNTATE TUA PRÆSTITISTI decori meo virtutem, Psal. 30. v. 8. & Psalm. 132. vers. 14. introducitur Deus, sic loquens: Hæc requies mea in seculum seculi: Hic habitabo, quoniam ELEGI eam. Unde & Servator Christus inquit: COMPLACUISSE Patri NOSTRO dare Nobis regnum, Luc. 12. v. 32. & B. Apostolus ait: εὐδοκίαν ὁ θεὸς beneplacitum fuisse Domino, per stultitiam prædicationis salvos facere credentes, 1. Cor. 1. v. 21. item, Πατεfecisse Nobis DEUM τὸ μυστήριον voluntatis suæ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν, juxta beneplacitum suum, quod proposuerat in seipso, Ephes. 1. v. 9. & COMPLACITUM fuisse Patri, per Filium cuncta ἀποκαταλλάξαι, vel reconciliare erga se, Ephes. 1. vers. 10. Quò votum etiam illud Apostolicum spectat, ut compleat Deus πάντων εὐδοκίαν, omne beneplacitum bonitatis, 2. Thessal. 1. vers. 11. Est enim in hisce dictis præsentia Dei non semper exprimitur, ea tamen

tamen

tamen & talia opera ac beneficia Dei describuntur, quæ gratiosè præfens Deus suis præstare solet. Adeoque luculenter ex allegatis dictis patet, gratiosam & beneficam Dei præsentiam, à propitia & paterna Dei voluntate, ac *εὐδοκίᾳ* profluere & oriri.

Quoad Universalem verò præsentiam Dei, duo accuratè pensanda veniunt: Primò, ad essentiam Dei ipsa, quæ ab immensitate, & infinitate essentiæ ac potentiæ divinæ oritur. Nisi enim infinitus, immensus ac omnipotens esset Deus, creaturis omnibus adesse non posset: quia verò immensus, infinitus ac omnipotens est, hujus ipsius immensitatis & omnipotentiae ratione à Creaturis abesse non potest. Deinde in hac universali præsentia Dei considerandum est regimen mundi, quod utique à liberrimo Dei arbitrio unice dependet. Si enim ita visum fuisset Deo, à gubernatione cœli & terræ prorsus abstinere potuisset: *Facit enim Dominus hic noster omnia, QUÆ VULT, in cœlo, & in terra, in mari & omnibus abyssis.* Beneplacitum autem fuit Creatori, suam creaturam gubernare & conservare: *pusillum namq; & magnum Ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus:* Sap. 6. v. 8. *Et attingit à fine usq; ad finem fortiter, omniaq; disponit suaviter:* Sap. 8. v. 1. *In Ipso omnia consistunt:* Coloss. 1. v. 17. & portat omnia verbo potentiæ suæ: Hebr. 1. v. 3. quæ omnia ex liberrima Dei voluntate fieri, nemo facile inficias iverit; cum tam manifestum sit, quàm lucem splendere in meridie. Præsentiam verò Christi secundum carnem quod attinet, & quomodo de eo loquendum, ita serres habet; quod Christus *θεῖν θρωπῶν* nunc in statu Exaltationis, secundum utramque naturam universaliter adsit omnibus creaturis, gratiosè autem omnibus piis in terra; & gloriosè omnibus Angelis & Electis in cœlo. Fundamentum & fons universalis omnipræsentiae Christi secundum carnem exaltatam, Unio est duarum naturarum personalis: Nisi enim Deus in carne se manifestasset, & *πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητῆς* in ipso *σωματικῶς* habitasset, utique nulla prorsus ratione caro ista Filii Dei cœlum & terram præsentem implere, & potenter regere potuisset. Quod usurpationem verò plenariam acceptæ majestatis attinet, ejus fundamentum est Exaltatio & sessio ad dexteram Dei. Expressè enim scribit Apostolus, *ided Christum ascendisse ὑπερῶν πάντων τῶν ὑγεγνῶν, ut omnia impleret,* Ephes. 4. vers. 10. Per hanc igitur sessionem ad dexteram Dei, omni-

D

præfens

n
en
k-

De
re
ir

ber

a

8.

ry

Be

utter

3. su

præfens & majesticum illud dōminium super omnes creaturas, secundū carnem collatum est Christo, ut inimicos jam scabellum habeat pedum suorum, Psalm. 110. vers. 2. & omnia ipsi subjecta sint, Hebr. 2. vers. 8.

Id quod veteres etiam lubenter fatentur: Theodoretī testimoniū ex tom. primo operum suorum fol. 242. in Appendice Libri Concordiæ citatur, sic sonans: *Sede à dextris meis: humanitūs hoc dicitur est: ut enim Deus, sempiternum habet imperium: Sic ut homo accepit, quod ut Deus habebat, ut homo igitur audit: Sede à dextris meis: Nam ut Deus sempiternum habet imperium.* Liquet ex hoc Theodoretī testimoniō, quōd Christus secundū humanam naturam, ex sessione ad dexteram Dei imperium æternum accepit. Similia leguntur apud B. Ambrosium super c. 1. epist. ad Hebræos, apud Primasium ibidem, & apud alios scriptores Ecclesiasticos passim.

In nostris quoque Ecclesiis hæcenus quōdāmodo docuimus, quōd Christus secundū carnem, infinitam majestatem & gloriam, (quā omnipræfens est,) partim ex unione personali, partim ex *ἵνα ἵσθαι* ad dextram Dei accepit: quā de re, verba Libri Concordiæ in Epit. pag. 579. sic sonant: *Credimus, docemus & confitemur, Filium hominis ad dexteram omnipotentis majestatis & virtutis DEI REALITER, hoc est, verè & reipsa, secundū suam humanam naturam esse exaltatum: Id quæ minimè absurdum est, cum homo ille in Deum assumptus fuerit, quā primū in utero matris à Spiritu Sancto est conceptus, ejusq; humanitas jam tum cum Filio Dei Altissimi personaliter fuerit unita & post pauca: donec post resurrectionem in plenariam usurpationem, manifestationem & declarationem divinæ majestatis collocaretur, & hoc modo in gloriam suam ingrederetur.* Itaq; jam non tantū ut Deus, verū etiam ut homo, omnia novit, omnia potest, omnibus creaturis præfens est & omnia, quæ in cælis, in terra, & sub terra sunt, sub pedibus suis & in manu sua habet. In solida verò, plana & perspicua repetitione ac declaratione, Liber Concordiæ pag. 727. sic loquitur: *Credimus, docemus & confitemur, assumptam humanam naturam in Christo, non tantū essentielles suas proprietates habere & retinere: sed præterea etiam per unionem personalem, qua cum divinitate mirando modo copulata est, & postea per glorificationem, exaltatam esse ad dexteram majestatis, virtutis & potentia, super omne, quod nominatur,*

sur,

ter, non tantum in hoc, sed etiam in futuro seculo. Ita unio personalis, & glorificatio, vel exaltatio pag 731. itidem conjunguntur. Adeoque *ἑκατόμηνον*, & firmissimum adhuc est omnipresentiæ Christi universalis fundamentum esse, tum unionem personalem, tum exaltationem ad dexteram majestatis Dei.

Gratiosa verò præsentia Christi secundum carnem apud credentes itidem dependet ab unione personali duarum naturarum, tanquam à principio primo, simul autem à libera voluntate, & propitiam *ἑσθλα* Domini nostri Iesu Christi: qua de causa singulariter promittit, se Nobis affuturum, apud nos mansurum, & cum Patre suo ad Nos venturum, immò & mansionem facturum, Matth. 18. vers. 20. Matth. 28. vers. 20. Iohan. 14. v. 23.

Gloriosa præsentia Christi secundum carnem apud Beatos Angelos, & Electos in cælis, itidem duarum naturarum unione personali ceu fundamento nititur, tanquam vero fonte omnis gloriæ in humana carne: Quoad ordinem temporis autem fundamentum quoque est Ascensio & Sessio ad dexteram maiestatis Dei: Ante hæc enim exaltationem ad dexteram Dei caro Christi Beatis cœlitibus, gloriosa ratione haudquaquam præsens fuit, vel esse potuit. Ascendit enim ad Patrem suum, & ad Patrem nostrum, Iohan. 20. vers. 17. ut mansionem NOBIS pararet, Iohann. 14. vers. 2. & 3. Et Nos cum eo sedere fecit simul in cœlestibus Ephes. 2. vers. 6. Ascendit ut *πολίτευμα* nostrum, & *πόλις μένος* & esset in cælis, Philip. 3. v. 20. Hebr. 12. vers. 14. Hac gloriosa ratione Christus in statu Exinanitionis, secundum carnem in cælis nondum fuit præsens Sanctis Angelis, & Beatis cœlitibus: oportuit enim ipsum prius pati: & tum demum in gloriam suam intrare, Luc. 24. vers. 26. Similiter Christus in statu quoque humiliationis non sic omnibus adfuit creaturis, regendo, & gubernando eas: quemadmodum nunc in statu Exaltationis dominatur. Nondum enim sedit ad dexteram Patris, ut omnia impletet. Unde in articulo tertio Confessionis Augustanæ Christus ad dexteram Dei sedisse scribitur, ut perpetuò regnet & dominetur omnibus creaturis: Sanctificetq; *ἄσάντες* in ipsam: misso in corda eorum Spiritu sancto, qui regat, confoletur ac vivificet eos, ac defendat adversus Diabolum, & vim peccati.

D 2

Itaque

Itaque nec Scriptura Sacra, nec Augustana Confessio, vel etiam Liber Christianæ Concordiæ, solam unionem personalem pro unico fundamento, realis omnipræsentia Christi secundum carnem apud creaturas agnoscit; sed simul exaltationem, quæ Christo per Ascensionem, & sessionem ad dexteram Dei obtigit. Cùm enim spontanea & voluntaria humiliatio & exinanitio intervenerit, plurima intermisit Christus, & à plurimis abstinuit, quæ alioquin, nisi exortus & liberè se exinanivisset, certo certius fecisset. Necessum proinde fuit, formam prius servi deponere, & in gloriam intrare, ubi demum Christus secundum carnem plenarium & omnipræsens dominium in cælo & in terra exorsus est.

Interim ambabus manibus largimur & hoc, quòd majesticæ & per sessionem ad dexteram collatæ omnipræsentia *primum fundamentum* quoque sit Unio personalis duarum naturarum in Christo Iesu: sicut Liber Christianæ Concordiæ perspicuè testatur; modò concedatur, quòd Exaltatio & sessio ad dexteram Dei, post statum Exinanitionis demum facta sit, & plenarium usum majesticæ omnipræsentia necessariò præcesserit. Sic enim habent verba Libri Concordiæ pag. 745. *Credimus illis Scripturae testimoniis, (ubi duo ausus in nomine meo congregati sunt, in medio eorum sum; Item: Ego vobiscum usq; ad consummationem seculi,) majestatem hominis Christi declarari, quam Christus, qui sedet ad dexteram majestatis, & virtutis Dei ACCEPTIT: ut videlicet etiam secundum illam assumptam naturam præsens esse possit, & quidem præsens sit, ubicunq; VELIT.* Hic divinatione opus haud est, num Liber Concordiæ affirmet, præsentiam Christi universalem, respectu humanitatis à sessione ad dexteram Dei dependere & provenire, Verba enim maxime sunt perspicua, tum quoad *POSSE*, tum quoad ipsum *ESSE*. Et quia sententia hæc Scripturae Sacrae examumissim congruit, æquum omninò est, ut in illa penitissimè acquiescamus.

AN-

A N T I T H E S I S.

Non rectè e contra 1. vel docetur, vel dicitur, quòd *an*
 omnipræsentia Dei apud Creaturas, unicè ab infi- *fit.*
 nitate & immensitate ejus oriatur; adeoque volun-
 tas Dei liberrima excludenda sit.

2. Heterodoxum est, cum personalis unio duarum na-
 turarum in Christo, principium solitarium & uni-
 cum omnipræsentis majestatis & plenarii domini
CHRISTI secundum carnem statuitur.

3. Heterodoxum est, quando Exaltatio ad dexteram
 Dei pro fundamento omnipræsentiæ **CHRISTI**,
 jam præsertim in statu Exaltationis non agnoscitur:
 cum tamen Scriptura Sacra, & Libri Symbolici no-
 stri perspicuè hoc testentur. Et hæc de secundo et-
 iam capite controverso dicta sufficiant.

D 3

SEQVITUR

in
 ven
 etc

De
 fre
 dit
 e

the

a

s

n

a

s

ia

n

m

Be vern
 Dutter
 Jesu

SEQUITUR TERTIUM.

DE DOMINI, JESU
CHRISTI SECUNDUM CARNEM
INCESSANTE DOMINIO, ET REGIMINE SUPER
omnes creaturas, in ipso statu humiliatio-
nis, quin & in media
morte.

I.

STATVS CONTRO-
VERSIAE.



Estatur experientia, cum in fidei articulis à via recta non nihil, quoad unicum saltem caput exorbitamus & discedimus, mox alia inde puncta controversa sequi. Quod ipsum in hac quoque differentia apparet. Disceptarunt enim aliqui Augustanæ Confessioni addicti Theologi, inter alia, de hoc quoque themate: *An commodè de CHRISTO JESU dici possit, quòd secundum carnem, in ipso statu humiliationis, quin & in ipsa Morte, SEMPER ET INCESSANTER cælum ac terram, ut Rex, gubernarit, & potenter quidem, occultè tamen, dominatus sit.* Ubi quidam in Affirmativam, quidam in Negativam sententiam descenderunt, aliquot hac de re utrinque editis scriptis, & cumulatis quæstionibus controversis.

DECI.

II.
DECISIO HUIUS CONTRO-
VERSIAE.



PLURIMUM autem refert scire, cui parti, sine viola-
tione fidei Christianæ, ad stipulari debeamus. Mani-
festum enim est, cum docetur, Christum hominem,
vel secundum humanitatem suam, à primo conce-
ptionis momento, etiam in statu humiliationis, imo
in mediâ morte semper & incessanter cœlum & terram, omnesque
creaturas, ut Regem gubernasse, & potenter quidem, occulte ta-
men dominatum esse; ἐξ ἀνάγκης sequi, & simul necessario asseri;
quod assumptio humanitatis in personam Filii Dei, sit, propriissimo
loquendi modo, ipsa consummata Exaltatio Christi secundum
carnem, & quidem ea ipsa ὑπερβύλας, de qua B. Paulus loquitur
Philip. 2. Sequitur & hoc, Christum à primo conceptionis momen-
to in cœlum ascendisse, & ilicò ad dexteram Patris sui cœlestis se-
disse.

Affirmandum & hoc est necessariò, non usurpasse Christum
majestatem suam secundum carnem, in statu humiliationis, quan-
do, & quomodo voluerit: Sed semper & incessanter, aliquando ta-
men apertè, aliquando occultè.

Præterea dicendum foret, quòd Christus usu acceptæ maje-
statis, in statu Exinanitionis se non abdicarit. Facile in super quis eò
delaberetur, ut assereret, Christi carnem DEO esse æqualem, & u-
num cum DEO, & quæ similia sunt alia. Cum verò effata hæc sa-
niori doctrinæ, & Libro Christianæ Concordiæ Symbolico mini-
mè congruant: Nos omnino decet, novas opiniones fugere: &
juxta ductum verbi divini, nostrorumque Symbolorum, de con-
troverfia mota differere & docere: Nimirum quod CHRIS-
TUS secundum carnem in statu exinanitionis gratiose quidem
affuerit credentibus, quorum caput, & mediator, & rex secundum
utramque naturam erat: verùm juxta eandem humanitatem
tùm temporis totum hoc universum incessanter non gubernarit:

REC.

in
jen
etc.

De
fre
dit
e

the

A

S
n

a

Be vern
Litter
Jesu

qu
ia
n

u

nec omnia idiomata divina ἐν ἑαυτῷ semper, ac incessanter usurparit: Sed quòd divina natura in carne humana, & per eam, quando, ubi, & quomodo voluerit in operibus particularibus, utpote in miraculis, & similibus, operata sit & refulserit, in medio statu humiliationis. Hæc sententia orthodoxa est, & Scripturæ Sacræ undique consona.

Ut verò fundamentum veritatis tanto evidentius appareat, sciendum est: Primò, non negari, quod caro Christi in unione personali, & per eam acceperit potestatem & potentiam omnipræsenter dominandi in cælo & in terra: alias enim tota plenitudo Deitatis corporaliter non in Christo habitasset, Coloss. 2. vers. 9. Et quomodo constaret, quòd Christus gloriam suam in statu etiam humiliationis manifestaverit? Joh. 2. v. ult.

Nec negatur secundò, CHRISTUM acceptam divinam majestatem, potentiam, gloriam, & virtutem toto vitæ suæ in terris peractæ tempore revera & realiter retinuisse. Mansit enim in ipsa etiam exinanitione Deus & homo in unitate personæ: salva quoque unio illa profundissima carnis & personæ Filii Dei perstitit. In cujus rei testimonium Christus quoque in carne & per carnem nonnunquam divina & supernaturalia edidit ac perfecit opera: cæcis visum, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis munditiem, mortuis vitam restituendo, Matth. 11. vers. 5. Luc. 7. v. 22. In die quoque Palmarum, Jerosolymam ingrediens, stupendum adhuc miraculum edidit, mensas Nummulariorum & vendentium evertens, omnesque vendentes & ementes in templo, ejiciens, Matth. 21. vers. 12. Luc. 19. v. 45. Quod miraculum non immeritò B. Hieronymus inter maxima & præcipua recenset.

De hoc autem potissima nunc est controversia, An caro Christi, non obstante statu Exinanitionis, omnipræsenter, non minus, quam Filius Dei secundum divinam suam naturam, cælum & terram potenter & omnipræsenter gubernarit, adeoque semper & incessanter omnem suam acceptam majestatem divinam plenariè usurparit? Affirmare hoc, toti Scripturæ Sacræ adversum foret, literæque perspicuæ, & τῷ ἰντῷ Libri Concordiæ repugnaret.

In Novo namque Testamento legimus, quòd Christus se exinaniverit, vel evacuarit: ἐκένωσεν, Philip. 2. vers. 7. quod secundum naturam

naturam humanam solam factum, intelligi debet: divina enim nec exaltari, nec humiliari potest: Cum DEUS omni ex parte in essentia sua sit immutabilis, Malach. 3. vers. 6. *κένωσις* itaque necessario secundum solam naturam humanam Christo tribui debet: quod se voluntarie exinaniverit, & a plenario usu majestatis ac gloriæ divinæ abstinuerit; salvo usu particulari, quò infinitam suam potentiam, & virtutem etiam secundum carnem, in statu humiliationis pro lubitu exeruit, ut constaret, totam plenitudinem Deitatis in ipso habitare. Quoad plenarium verò usum dominii & regiminis, exinanivit se Christus usque ad consummationem status humiliationis. Quo finito demum, mediante Ascensione, & ad dexteram Sessione ad plenarium usum majestatis divinæ pervenit: qua de re pulcherrima sunt verba beati Apostoli, Ephes. 1. vers. 21. sic scribentis: *DEVS suscitavit Christum ex mortuis, & sedere fecit eum ad dexteram suam in cælestibus: supra omnem Principatum, ac potestatem, & virtutem, & dominium, & omne nomen, quod nominatur non solum in seculo hoc, verum etiam in futuro: Et omnia subjecit sub pedibus ejus: & dedit eum caput super omnia ipsi Ecclesie, quæ est corpus illius, complementum ejus, qui omnia in omnibus adimplet.* Nemo utique negaverit, de plenario usu divinæ potentia, gloriæ, virtutis, & majestatis Christi secundum carnem ab Apostolo differi: Universi enim nostri Doctores Evangelici testimonium illud adhibent, ad solidam refutationem Calvinistarum: Et quidem non immeritò. Dicit autem beatus Paulus, quòd Christus ad plenum hoc dominium pervenerit, cum resuscitaret ipsum ex mortuis DEUS, & ad dexteram suam collocaret, Ubi profectò alia sessio non innuitur, quàm illa, de qua beatus Marcus scribit: *Et Dominus quidem IESVS postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedit à dexteris DEI.* Marc. 16. vers. 19. Perspicuè ostendens, Christum non in primo conceptionis momento, sed in Ascensione demum ad dexteram DEI exaltatum esse: id quod series etiam Articulorum in Symbolo Apostolico reliquæque Nostri Symbolis luculenter testatur.

Quid quòd inevitabiliter conceptio & sessio ad dexteram DEI invicem confunderentur, ordo quoque in Symbolo Apostolico penitus interverteretur, & ima summis misceretur, si à conceptionis puncto Christus ad dexteram DEI sedisse diceretur? Cum

E igitur

in
jen
etc.

De
fre
dit
e

the

A

S

N

a

s

ia

in

in

igitur B. Apostolus perspicuè affirmet, quòd Christus per sessionem ad dexteram DEI, post Resurrectionem suam, plenarium dominium super omnes Creaturas demùm consecutus sit, hoc est, tum demum ad plenariam usurpationem suæ inhabitantis plenitudinis divinitatis pervenerit: Hinc irrefutabiliter sequitur, Christum plenaria usurpatione ante resurrectionem caruisse: & quidem ex solo hoc capite, quòd spontè se abdicavit & ad tempus exinanivit.

In hac ipsa epistola cap. 4. vers. 10. aliud itidem firmissimum & validissimum extat fundamentum, ex quo patescit, quòd Christus Jesus secundum carnem, in statu Exinanitionis plenarium & Universale dominium in cælo & in terra minimè exeruerit, sed potius illo, propter κένωσιν, abstinuerit. Sic enim ibidem Apostolus inquit: *Ascendit ὑπερῶν πάντων τῶν οὐρανῶν, ut omnia impleret.* Sequitur ergo, quod ante illam ascensionem juxta carnem non omnia impleverit: alioquin impletio omnium, ut immediatus fructus Ascensionis allegari non posset. Cumque utraque ex parte confessum sit hoc, per verba, *ut omnia impleret*, nihil aliud, quam universale dominium maiestaticum omnipræsents Christi, indicari: illud vero: juxta Apostoli pronunciatum, demum Ascensionem Dominicam insequutum sit: Nemo non inter Christianos omnes videt, Christum in statu Exinanitionis non omnia implevisse, sed impletionem illam universalem omisisse.

Accedit hūc pathetica illa Christi ad Patrem suum cœlestem facta oratio, quæ sic sonat: *Clarifica me Pater, apud Te ipsum illa claritate, quam habui apud Te antequam Mundus fieret*, Johan. 17. vers. 5. Jam dum orat Christus clarificari in tempore, claritate divina: utique secundum humanam, & non divinam naturam, petitio illa intelligenda erit: Christus enim, ut DEUS in tempore nihil accepit: Neque claritatem suam, ut DEUS unquam deposuit, aut amisit. Rogat verò Christus, ut clarificetur claritate divina, & infinita, quam ab æterno habuerit, & quidem non apparenter coram hominibus, sed ἀληθῶς, & apud ipsummet Patrem cœlestem: *Clarifica me apud Te ipsum*, inquit Dominus. Si ergò claritatem hanc petiit, utique cum peteret, nondum habuit: cum tamen πάντῳ πλήρωμα τῆς θεότητος in ipso corporaliter habitaret. Non ergo ipsam claritatem, vel maiestatem, sed ejusdem tantum usurpationem plenariam

riam

riam rogasse ipsum sequitur. Apodicticè enim concluditur: Qui non tantum totam plenitudinem Deitatis corporaliter in se habitantem habet, & possidet, sed & eandem plenariè, ac incessanter usurpat, ita ut omnia operetur, & regnet, sicut ipse DEUS: Ei nihil prorsus deest; nec opus ille habet amplius clarificari, aut ulteriorem clarificationem petere à Deo: Atqui CHRISTUS secundum carnem, non tantum omnem majestatem, & potentiam divinam verè habuit, (quod minimè negatur,) sed & quorundam opinione, eandem plenariè usurpavit.

Ergo ulteriore clarificatione opus ipsi non fuit: adeoque nec petitio pro clarificatione quicquam profuit. Dicat enim qui potest, quis sensus petitionis hujus fuerit? & an non, si militet prædicta quorundam opinio, votum Christi *γλαίωμα* potius, quam seria oratio videatur? Quandoquidem verò *ἐμφαπλωτίως* rogavit Christus, ut clarificetur, & quidem apud ipsum Patrem: utique necessariò sequitur, Ipsum tunc temporis nondum plenariè in cælo & in terra secundum carnem dominatum esse. Nec valet hic effugium, quasi universalis sui Regiminis manifestationem majesticam coram mundo Christus tantum flagitarit. Expressè enim dixit Dominus: *Clarifica me apud TE IPSUM*. Nec probatum, vel evictum adhuc est, quod Christus secundum carnem omnipræsens cælum & terram, in ipso etiam statu exinanitionis, gubernarit, sed occulto modo.

Immo propter profundissimam *κένωσιν* Domini secundum carnem, dominium illud prorsus subsistere nequit, uti infra in diexodo capituli quarti fusiùs audiemus. Obsecro enim, quomodo hæc inter se conveniunt: Conquestus est Dominus lamentabiliter secundum carnem, quod à DEO *derelictus*, & quod *infra Angelos diminutus sit*, Psal. 22. vers. 1. Psal. 8. vers. 5. Hebr. 2. vers. 9. Et hic ipse tamen Christus eo ipso, cum ita quiritaretur, tempore, super omnes Angelos ac Principatus dominatus fuit. Hac ratione tota CHRISTI passio nuda fieret simulatio: quasi apparenter tantum coram hominibus in forma servi Christus secundum carnem se exhibuisset; occultè autè & coram oculis Dei juxta hanc ipsam carnem Dominus dominans super omnes creaturas fuisset. Prohibeat Altissimus eiusmodi simulationem: sic enim facilè sequeretur,

queretur, pretiosè quidem Nos esse redemptos, sed tantùm coram hominibus: Non autem caro constitisse precio, & durissimo labore, redemptionem nostram coram Deo nostro.

Ea propter Liber Christianæ Concordiæ à multis præclarissimis & profundis Theologis, prævia accuratissima deliberatione, conscriptus, & probè trutinatus, rotundè, clarè & perspicuè, ex verbo Dei docuit, quod Christus in statu ταπεινότητος secundum carnem, non semper plenariè, sed tantùm quando, quomodo, & ubi ipsi visum fuit, maiestatem suam divinam usurparit. Verba Libri Concordiæ in Epitom. pag. 579. sic sonant: *Eam maiestatem, ratione unionis personalis, semper Christus habuit, sed IN STATU SVÆ HVMIATIONIS sese exinanivit: qua de causa, revera, atate, & gratiâ apud DEVM atque homines PROFECIT. Quare MAIESTATEM ILLAM, NON SEMPER, SED QVOTIES IPSI VISVM FVIT, EXERVIT: donec formam servi, non autem naturam humanam, post resurrectionem plenè & prorsus deponeret, & divinam Maiestatem PLENE VSRPARET, manifestaret, atque monstraret, & hoc modo in gloriam suam ingrederetur: Itaque IAM non tantùm ut DEVS, verùm etiam ut HOMO, omnia novit, omnia potest, omnibus creaturis presens est, & omnia, qua in cœlis, in terris, & sub terrâ sunt, sub pedibus suis & in manu sua habet. Hec ita se habere, CHRISTVS ipse testatur, inquiens: mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra. Et Paulus ait: Ascendit super omnes cœlos, ut omnia impleat. Hanc suam potestatem ubique presens exercere potest: neque quicquam illi aus impossibile est, aut ignotum.*

Hic expresse audimus, 1. quòd CHRISTUS in statu humiliationis, quoad maiestatem omnipotentis se evacuarit: 2. quòd eandem non semper usurparit, & exeruerit: 3. quòd demum post formam servi depositam, & finito statu humiliationis, non tantùm ad plenam manifestationem, & demonstrationem, sed & ad plenarium usum euectus sit. 4. quòd JAM UT HOMO omnia sciat, omnia nōrit, omnia possit: omnibusque creaturis præsens sit. 5. quòd omnia in cœlo, & in terrâ sub pedibus suis, & in manu sua habeat.

Similia leguntur in Repetit. Articul. Concord. pag. 731. hisce verbis memorabilissimis: *Ex hac unionis & naturarum communione humana*

Humana natura habet illam exaltationem, post resurrectionem à mortuis, super omnes creaturas in caelo & in terra; quae (sc. exaltatio) revera nihil aliud est, quam quod Christus formam servi prorsus deposuit; Interim tamen humanam naturam non deposuit; sed eam in omnem aeternitatem retinet; adeptus autem secundum humanam naturam **PLENAM POSSESSIONEM & DIVINAE MAIESTATIS VSVRPATIONEM**. Eam verò Majestatem statim in sua conceptione, etiam in utero matris habuit, sed ut Apostolus loquitur, seipsum exinanivit; eamq; ut D. Lutherus docet, in statu sua humiliationis secretò habuit, neq; eam semper, sed **QUOTIES IPSI VISUM FUIT, VSVRPAVIT**. Iam verò, postquam non communi ratione, ut Alius Quispiam Sanctus, in caelos ascendit, sed ut Apostolus testatur, super omnes caelos ascendit, & reverà omnia implet, & ubiq; non tantum ut Deus, verum etiam ut **HOMO**, praesens dominatur & regnat, à mari usq; ad mare; quemadmodum olim Propheta de Ipso sunt vaticinati, & Apostolus testatur, quòd Ipsi Christus cooperatus sit, & sermonem ipsorum sequentibus signis confirmaverit.

Talia etiam in folio 741. quoque leguntur: Sentimus itaq; & docemus cum veteri orthodoxa Ecclesia, quemadmodum illa hanc doctrinam ex Scriptura Sacra declaravit: quòd humana in Christo natura majestatem illam acceperit, secundum rationem Unionis hypostaticae. Id sic accipi volumus: Cum tota divinitatis plenitudo in Christo habitet, non tantum ea ratione, qua in sanctis hominibus, & Angelis, sed **CORPORALITER**, hoc est, **IN PROPRIO SVO CORPORE**, sentimus, quòd Ea, omni sua majestate, virtute, gloria, operatione, in assumpta humana natura, **LIBERRIME**, (quando, & quomodo Christo visum fuerit) luceat, & in ea, cum ea & per eam, divinam suam virtutem, majestatem, & efficaciam exerceat atq; **OPERTUR**. Et post pauca: **AT NVNC**, post depositam servi formam, majestas Christi plenè & **EFFICACISSIME**, atq; manifestè, coram omnibus Sanctis in caelo & in terris sese exerit. Et nos in altera illa beatissima vita hanc Ipsius gloriam facie ad faciem videbimus, ut Iohannes testatur, cap. 17.

Hucusque Liber Concordiae: Ubi notandum, quòd verba **LUCERE, MANIFESTARE, EXERERE**, minimè eò tendat, quasi Dominus post depositam servi formam tantum majestatem suam manifestarit, quam antea occultè usurparit; sed utrumque conjungitur, nimirum quòd Christus forma servi deposita divinam

E s suam

suam potentiam, gloriam & virtutem plenariè, efficaciter, & manifestè exercuerit & exeruerit. Fas proinde non est, verba Libri Concordiæ plana & perspicua in sensum alienum detorquere, quasi Liber hic Symbolicus doctrinæ isti faveret, quòd Christus in statu humiliatiōis, etiam secundum carnem, suam maiestatem divinam plenariè & incessanter, sed occultè usurpârît: cùm tamen sententia ista, nec in Libro Concordiæ, nec aliis scriptis nostris Symbolicis, immò nec in ipso Dei verbo reperiatur. Ita potius Nostri semper crediderunt, Christum Iesum, quoad carnem suam sanctissimam, à primo conceptionis puncto potuisse quidem maiestatem suam & gloriam, plenariè & universali Regimine cœli & terræ, usurpare; Non fecisse autem Ipsum hoc, sed à plenario usu abstinuisse, & nonnunquam, quando & quomodo visum fuit, eandem maiestatem divinam in carne exercuisse: In hac confessione propter adducta fundamenta insignia etiamnum planè acquiescimus.

Nec tantillum movent Nos speciosæ obiectiuacula, quibus obtineri posse putatur, quòd Christus, quâ homo, in ipso etiam statu humiliatiōis, SEMPER, sed occultè, cœlum & terram gubernârît: suamque inhabitantem plenitudinem DEITATIS plenariè usurpârît. Nimirum, quia Dominus salvâ κενάσι Ecclesiâ suam rexit, & nihilominus reverà se exinaniverit: pari ergò ratione universalem illam & occultam gubernationem stare posse, ut ut se Christus exinaniverit. Ad quam obiectiōnem responderetur, quod Ecclesia, Christi tempore, grex admodum pusillus fuerit; teste Domino ipso, Luc. 12. vers. 32. Et sicut in statu Exinanitiōis Dominus aliàs pro liberrimo suo beneplacito particularitè inhabitantem suam plenitudinem divinitatis, etiam respectu carnis, usurpavit; Ita in singulari illo ac speciali Ecclesiæ suæ regimine, idem facilimo negotio præstare potuisse: cum ita Illi, tanquam Αρχιεπισκέπι, placuerit; Secus autem res se habet, quoad universale dominium, & plenariam usurpationem maiestatis divinæ, quam suspendere libuit: cùm plenaria & incessans usurpatio divinæ maiestatis, & profundissima κένωσις, vel evacuatio, simul stare non queât.

Quia igitur Scriptura Sacra nihil planè dicit, quòd Dominus vel occultè, vel apertè, infinitam suam gloriam & gubernationem,

tionem, secundum carnem, in statu Exinanitionis, usurparit: merito & nos abstinemus tale quid profari & propugnare. Notum enim est mandatum expressum, ut *eloquia Dei tantum loquamur*, 1. Petr. 4. vers. 11. & *ut ad legem ac testimonium, sub pœna privationis auræ, respiciamus*, Esa. 8. vers. 20. Si igitur visum, vel lubitum fuisset Domino, secundum utramque naturam, statim plenariè suam majestatem exercere, haud dubiè Scriptura Sacra certò rem tam arduam & prædixisset & notasset: Exinanitionis quoque & evacuationis statum silentio prorsus involvisset. Iam verò hoc factum non est, sed Spiritus Sanctus perspicuè indicavit, Christum ad tempus usu potentia & Majestatis se abdicaturum & plenariam usurpationem suspensurum, ita quidem, ut calamitosissimus Enosch, & *ταλαίπωρος* homo futurus, nostrique causa, famem, sitim, nuditatem, opprobrium, dolores, angustias, & ipsam denique mortem perpassurus sit.

Et licet quis regerat, facta esse hæc omnia tantùm respectu officij sacerdotalis, non Regij, nec Christum ut Regem se aliter exinanivisse, quàm reflexè, permittendo passionem & mortem carnis, reliquas autem creaturas omnes realiter gubernasse; sed occultata hac universali sua gubernatione: nova tamen & antè annos 10. 20. 30. nedum plures in Ecclesia Dei planè inaudita est hæc distinctio: Nemo enim antehac unquam dixit, Christum, ut Sacerdotem tantùm, non ut Regem, se humiliasse & exinanivisse. *καινολογία* verò & *καινοδοξία* valdè suspectæ & periculosa sunt in Religione: Insuper mirè sonat, Christum quoad Sacerdotale duntaxat, non autem Regium officium se humiliasse: Cum humiliatio & exaltatio, nec Sacerdotale, nec regium propriè concernant officium; actus quoque officiales non sint: alioquin cum Christus juxta utramque naturam officium suum Sacerdotale peregerit, necessariò sequeretur, & humiliationem & exaltationem secundum utramque naturam itidem factam esse: quod erroneum planè & falsissimum foret. Ita proinde *ταπεινωσις* & *ὑπερύψωσις* comparata sunt, ut ad vicissitudinem conditionis in humana Christi natura pertineant. Ille cum in statu humiliationis famem & sitim, cum dolores & mortem sustinuit, non tunc Sacerdotem, vel Regem, aut Prophetam egit; sed hominẽ calamitosissimum, & qui

nostri

in
jen
elcDe
fre
rit
er
the

A

S

n

a

is

ia

en

uc

Be vern
Ditter
Jesu

40 De Dominio Christi Hominis

nostri causa homo factus fuit, sequē ejusmodi passionibus humanis
voluntarie subjecit. Pro peccatis autem hominum pœnas luere,
pro hominibus satisfacere, & apud Deum intercedere, homines
Deo reconciliare, eosque ad versus mortem, peccatum, Diabolum
& Infernum defendere: Hæc, hæc opera ad officium Christi secun-
dum utramque naturam propriè spectant. Cum econtrà humi-
liatio solius naturæ humanæ respectu Christo competat. Secun-
dum divinam enim naturam tam se non exinanivit, quàm juxta
illam non exaltatus est; Nec divinitatem Christi contra Ar-
rianos tueri ac asserere possemus, si Christi exinanitionem &
exaltationem, secundum utramque naturam esse factam, statuere-
mus.

Quemadmodum igitur hoc argumento non demonstratur,
quòd Christus in statu Exinanitionis, juxta carnem plenariè, ut
Rex, in cœlo ac in terrâ dominatus sit: Ita nec hoc prætextu
evincetur, quòd humanitas à primo conceptionis momento in
cœlos ascenderit & ad dexteram Dei collocata sit; Neque enim
sic vel Sacræ Literæ, vel Symbola nostra Evangelica loquuntur: sed
sublimatio vel evectio carnis Christi in unitatem personæ Filij Dei,
quæ facta est virtute Altissimi, & obumbratione Spiritus Sancti in
conceptione; Et exaltatio ad dexteram Dei & universalem &
plenariam usurpationem infinitæ Majestatis divinæ, duo sunt actus
distinctissimi; qui diverso tempore, & diverso planè modo conti-
gerunt: Intervenit enim status humiliationis vel exinanitionis,
quo finito Christus demum ad plenariam *χρῆσιν* exaltatus fuit: non
secundum divinam naturam, (utpotè quæ in tempore exaltari ne-
quit) sed secundum humanam. Ut Deum enim non diffitemur
ipsum etiam in humiliationis statu cœlum & terram, cum Patre, &
Spiritu Sancto, incessanter rexisse & gubernâsse.

Et licet porrò hoc urgeatur, quòd cum Christi caro unita
fuerit, & manserit *τῆ λέγει* in ipsa etiam profundissimâ humiliatio-
ne; Filius quoque Dei divina sua idiomata verè & realiter assumta
carni communicârit; & hæc idiomata sic comparata sint, ut non
possint non semper operari: Idcirco inevitabiliter sequi, quòd Chri-
stus secundum carnem, plenariam usurpationem divinorum illo-
rum communicatorum & efficaciter operantium idiomatum non
retrahere,

retrahere, vel suspendere potuerit: Haud tamen licet in ejusmodi divinis mysteriis tales consequentias necesse, vel plus inferre, quam in Verbo Dei præscriptum est: Immo præstat Deo dare gloriam, & firmissima fide credere, quòd & Incarnationem Filij sui perficere, seque cum omnibus idiomatibus suis assumptæ humanitati totum personaliter communicare potuerit, & propter statum Exinanitionis, in carne à plenario usu divinarum proprietatum abstinuerit: *apud DEVM enim non est impossibile ullum verbum*, Luc. i. vers. 37. In solius Dei arbitrio positum est, quando, & quomodo omnipotentia, bonitate & justitiâ sua operari velit: Quidni ergo efficere quoque valeat, ut & Filius ejus unigenitus in carne assumpta, omnipotentia & majestate sua operetur, quomodo & quando sapientissimo Deo commodissimum videtur.

Locum Iohann. 5. vers. 17. (*Pater meus operatur usq; huc, & ego operor*;) quod attinet, qui adhiberi solet ad probandum hoc dogma, quasi Christus Iesus secundum utramque suam naturam semper & plenariè omnia in cælo & in terra, non obstante ipsa morte, tam potenter, quam Ipse Pater cœlestis operatus sit, sciendum, quòd Christus quidem, tùm temporis, cùm hæc verba loqueretur, ægrotum hominem curavit, adeoque reverà secundum utramque naturam divinum miraculum ediderit: Aliud autem est, quando de certis, & particularibus quibusdam operibus Christi, quæ in statu humiliationis pro liberrima sua voluntate fecit, & quando de incessante universali operatione divina secundum utramque naturam, loquimur: Illud libenter amplectimur; Hoc autem nullatenus ex verbis allegatis Domini sequitur; Ad speciale enim suum miraculum tunc digitum intendit Christus, quod & verbis illis asserere ac defendere voluit. Ubi extra omnem aleam dubitationis versatur, quòd ejusmodi miracula Christus secundum utramque naturam fecerit: minimè autem sequitur exinde, quòd Christus à primo conceptionis momento, secundum utramque naturam, non secus ac Pater cœlestis incessanter & plenariè omnia operatus sit: Sed sicuti Christus in specie de miraculo suo singulari, quod tunc ediderat, differuit: ita quoque, si maximè locus hic de continua, incessante & plenariè gube-

in
jen
elc

De
fre
dit
e

r
ther

Di
t
A

I
n
n

a
Be bern
Dutter
Jesu

ia
gube

uo

gubernatione omnium creaturarum intelligatur, manifestum tamen & in mensa Solis expositum est, quod nihilominus plenaria & universalis hæc operatio tantum juxta divinam naturam Christo in statu Exinanitionis assignari debeat. Nam secundum hanc solam cum Patre suo cœlesti Filius semper omnia potenter rexit & gubernavit. Et quidem negari non potest, quod Dominus Iesus Christus secundum eam duntaxat naturam sibi unam eandemque cum Patre operationem, tanquam propriam, attribuerit, secundum quam Patri æqualis est; sicut Iudæi ipsimet ex verbis ejus hoc arguebant, cum longè magis adversus Dominum exardescerent, qui non tantum violârit sabbatum, sed & Deum Patrem suum dixit, seq. Deo æqualem fecerit, vers. 18. Iam verò Patri æqualis, & unum cum Patre est, SOLUM, SOLUM juxta divinam, & non juxta humanam naturam: veluti vera Ecclesia Christi unanimiter ex verbo Dei hætenus docuit & credidit. Posito hoc, & concesso, (cum res aliter se non habeat,) manifestè apparet, ex hoc dicto universalem & incessantem, vel continuam gubernationem Christi Iesu secundum carnem, in statu humiliationis, immò in media morte, evinci minimè posse: verum de sua tantum testari Christum verâ divinitate, eamque hoc fundamento demonstrare, quod hætenus & omnia, & eadem planè cum Patre in universali Regimine, ac conservatione creaturarum operatus sit, ab initio seculi, quæ operatus est Pater cœlestis. Quod utique de sola natura divina accipiendum est; sicut B. Chrylostomus quoque hom. 10. in Genes. & Beatus Augustinus libro quarto de Genes. ad Literam cap. 12. itidem perspicuè indicant, in hoc dicto, propriè & primariò de continuatione, & pari operatione Filii DEI cum Patre agi. Nituntur præterea sancti Patres, inter alia, & hoc dicto, tritam illam maximam Theologicam asserentes, quod opera Trinitatis ad extra sint indivisa. Stat proinde sententia, ne verbulum quidem in dicto isto extare, quod ad probationem omnipræsentis & incessantis dominij IESU CHRISTI, secundum carnem, in statu exinanitionis, probandam, faciat. Nec potest dogma illud cum libera Christi exinanitione secundum carnem facta, simul stare, nisi statum humiliationis prorsus evertere velimus.

Quem:

Quemadmodum verò ex hoc loco Iohann. 5. vers. 17. univer-
 salis, & omnipræsens Christi hominis gubernatio, in statu Exiani-
 tionis, demonstrari nequit: Ita nec verbis Christi, Iohann. 3. vers. 13. 16.
 extantibus (Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit,
 Filius hominis, qui in cœlis est) sententia ista satis roboratur. Quod
 enim Christus secundum carnem, in statu etiam Exinanitionis,
^{ἐν ἰσότητι} Filij Dei in cœlo fuerit, illud extra omnem est apud Evan-
 gelicos Doctores controversiam. Nullus autem illorum ante-
 hac ex verbis Christi allegatis probare intendit, Christum, in statu
 humiliationis, secundum carnem, omnipræsenter in cœlo & in
 terra, super omnia dominatum esse. Jus quidem & potestatem
 habebat Christus in statu quoque Exinanitionis, sed ^{ἐκείναις} & de-
 liberatâ voluntate, plenario usu se abdicavit, usque ad tempus il-
 lud, quo visibiliter in cœlos ascenderat, & mediante hac ascensio-
 ne, ad dexteram majestatis & potentiae Dei exaltandus fuerat.
 Ubi demum plenariè *in gloriam suam intravit*: Luc. 24. vers. 26. *Ca-
 pitq; elevato*, Psalm. 110. vers. ult. *à Deo plenariè exaltatus fuit*, Philip. 2.
 vers. 9. Ut non jus tantum dominandi super omnes creaturas ha-
 beret, sed & divinam majestatem ac potentiam actualiter & plena-
 riè exerceret. Porro, Nec quisquam facilè negaverit, Christum
 Iesum, verbis illis, (Nemo ascendit in cœlum;) id præcipuè spectasse,
 Neminem inter omnes homines tale jus ad regnum cœlorum
 habere, aut viam perveniendi in cœlum sic monstrare & ostendere
 posse, quàm solum hunc **DOMINUM JESUM CHRISTUM**:
 qui ipse quoque solus ascensione sua Nobis jus regni cœlorum ac-
 quisivit, prout B. Megalander Lutherus verba hæc Christi, perspi-
 cuè interpretatur, Tom. 7. Germanico Jenens. fol. 57. fac. a. Et præ-
 terimus hac vice expositionem B. Augustini, quæ extat tractatu 27.
 in Johannem: & Ierm. 14. de verbis Apost. cap. 9, ex quâ apparet, ni-
 hil amplius ex verbis istis concludi posse, quàm quòd Filius homi-
 nis in unitate personæ, tunc, cùm Nicodemo præsens esset in terra,
 simul in cœlo quoque fuerit: quod sanè *ὁμολογημένως μέγα & ἱερῶς το-
 μισήσιον*, meritò magni fieri, & in dubium vocari minimè debet.
 De eo autem jam non controvertitur; sed hoc tantum est *κρινόμενον*
 an ex verbis istis irrefragabiliter sequatur, quòd Christus secun-
 dum carnem suam in statu Exinanitionis, immò in media etiam

44 De Dominio Christi Hominis

morte, cœlum & terram cum omnibus Creaturis incessanter, omnipræfenter, & omnipotenter gubernârit? Hic in propatulo est, textui vim inferri, si verba Christi ad prædicti thematis probationem detorqueantur. B. noster Lutherus dictum quidem istud, de quo egimus, egregiè adversus Oecolampadium, Zwinglium, & alios defendit, & asserit in majore sua Confessione, Tom. 3, le-nens. fol. 480. Hoc autem duntaxat etiam urget, neque solam divinitatem in cœlo, nec solam humanitatem in terra collocandam; adeoque personam non divellendam esse: Econtra pulchrè deducit, si Beati Angeli, (certo tamen modo & respectu,) simul in cœlo & in terrâ sint, quidni Filius quoque hominis de se affirmare audeat, quod sit in cœlis. Verba B. Lutheri sic habent: Non malè, sed longè rectius, quàm à Zwinglio, de verbis Christi Iohann. 3. (Filius hominis est in cœlo,) dicitur, cum Oecolampadius fatetur, propter personam rectè asseri, Deum ex Maria natum, ad nos de super venisse; nisi quod me ad blasphemiam illam Zwinglij exegesin remittit, in qua, inter reliqua βεβαίως, & ἀπόωσις nos docet, carnem pro divinitate accipi; & ex qua Zwinglij in omnibus artibus peritia singularis innotescat; cū tamē, nimia fortassis eruditione præpeditus, cardinē rei vix extremis digitis attingat. Sed & Oecolampadius hinc impingit graviter, quod Christum, contra propriam suam & universæ Scripturæ assertionem, tantum juxta deitatem in cœlo, & secundum carnem in terra collocat. Non rectè fundamenta mea expendunt, & propria sua verba homines isti non intelligunt. Si enim Christus Deus & Homo una persona est, utique humanitas quoque simul in cœlo, & in terra simul fuerit, necessum est, uti supra adversus Zwinglium demonstravi. In Deo enim & cum Deo unam esse personam, longè sublimius & majus est, quàm in cœlis esse. Nec hoc veritati congruit, quod Christus tunc temporis secundum divinitatem, in cœlo tantum fuerit.

Vbi enim fuisse illum putabimus juxta Deitatem, cū in utero matris incarnaretur? Nonne secundum divinam quoque suam naturam tunc personaliter & substantialiter in utero fuit matris, adeoque in terris. Enim verò susè & prolixè in nupero meo libello hoc thema tractavi. Sed perfunctoriè omnia homines isti legunt; nec quid dicatur, debita diligentia, vel audiunt, vel expendunt. Proinde & similitudo Adversarij valdè claudicat, si quis de monte descendens, in valle se vestibus indueret, de eo posse dici; nemo ascendit in montem, nisi qui de eo descendit. Neque enim tali modo divinitas de cœlo descendit, sicut ille de monte.

monte: sed in caelo est, cum adhuc in valle haeret: Sicut CHRISTVS de se ait: Filius hominis qui in caelo est. Et quid opus est longiore oratione? An non enim regnum caelorum est in terra: An non Angeli simul sunt in caelo & terrâ: nonne Christiani simul sunt in regno caelorum, & in terrâ? si more Ipsorum terminum vel phrasin istam: In terris esse, mathematicè & localiter accipere velimus: Verbum certè DEI est in terrâ: Et Spiritus Sanctus in terrâ effundebatur: Christus quoque Rex est in terrâ, & regnum habiturus dicitur in terrâ, in omnes fines mundi se extendens, Psalm. 2. Ius in super & justitiam in terrâ creaturus, Jerem. 31. Vah quàm pueriliter & stolidè Sacramentarij nostri de caelo garriunt, ut Christo in caelis locum parent, non secus ac sibi nidum in arbore conficit ciconia, nec tamen ipsi sciunt, quid loquantur.

Hæc B. Lutherus. Cumque illi, qui dicto hoc, pro afferendâ causa sua, uruntur, Ipsimet fateantur, tantùm hic de præsentia Filii hominis in caelo, non autem de ejus regimine, multò minus de gubernatione universali, & incessante agi: Idcirco supercaneum fuerit diutius istis immorari. Invieta potius manet sententia ista, Scripturæ Sacræ & Confessionibus nostris Symbolicis consona, quòd Dominus noster JESUS CHRISTUS, secundum naturam humanam, infinita illa majestate, virtute & potentia divina, quam per unionem personalem in conceptione accepit, non semper, nec plenariè in statu Exinanitionis usus fuerit, sed tantùm quando & quomodo voluit: adeoque nec à primo Conceptionis momento incessanter, & plenariè cælum & terram gubernavit.

F 3 ANTI

in
 jen
 elc
 De
 fre
 rit
 e
 thet
 Di
 t
 A
 In
 n
 a
 is
 ia
 m

A N T I T H E S I S.

be-

1. Erroneum e contra est, quòd caro Christi per unionem personalem adeò exaltata sit, ut nulla alia exaltatio, quam hæc sola de Christo in tota Scriptura Sacra tradatur & doceatur. Etsi enim per Unionem personalem caro assumpta valdè sublimata est: expressè tamen Scriptura Sacra testatur, quòd huic ipsi Christo IESU secundum carnem, longo post Nativitatem intervallo, alia quoque & singularis planè ὑπερέβη obtigerit, per quam ad plenarium usum maiestatis divinæ pervenit, uti Formula quoque Concordiæ Christianæ testatur.
2. Erroneum est, docere, quod Christus à primo conceptionis momento in cælos ascenderit: factum enim hoc demum est quadragesima die post resurrectionem eius, Act. 1. vers. 9.
3. Erroneum est, quòd Christus à primo conceptionis momento ad dexteram Dei sederit: neque enim Scriptura Sacra sic loqui consuevit: sicut & Libri nostri Symbolici eiusmodi phrasès non usurpant: Sed sessio CHRISTI, vel exaltatio eiusdem ad dexteram DEI, visibilem Ascensionem demum sequitur, uti totius Scripturæ textus planè & perspicuè testatur.
4. Erroneum est, dicere, Christum in statu Exinanitionis, etiam juxta carnem, tam potenter omnibus creaturis dominatum, quam nunc ad dexteram DEI: & in eo solùm differentiam esse, quòd CHRISTUS in statu Exinanitionis occultè & latenter

tenter regnavit, nunc autem manifestè dominetur: Sacra enim Scriptura nec de occulta, nec de manifesta incessante gubernatione CHRISTI secundum humanitatem in statu Exinanitionis quicquam habet: uti infra in diexodo capitis quarti fufius ostendetur.

5. Erroneum est, si negatur, CHRISTUM in statu Exinanitionis, juxta carnem, se, quoad plenarium usum infinitæ suæ majestatis, vel personaliter inhabitantis totius plenitudinis Deitatis exinanivisse. Hoc enim Apostolus perspicuè totidemque verbis asserit, Philip. 2. v. 7. Exinaniavit seipsum, forma servi assumpta.
6. Erroneum est, cum humanitas CHRISTI, etiam secundum idiomata naturæ divinæ DEO æqualis, & unum cum DEO statuitur: Etsi enim eam *ὁὐδ' ἴσον* DEO esse, adeoque *ἐν ὑποστάσει ἑ ἁὐτοῦ* ad consortium Sacrosanctæ Trinitatis pertinere conceditur: non tamen inde sequitur, quòd DEO sit æqualis, vel unum cum Deo facta sit: quemadmodum & Scriptura Sacra ab ejusmodi phrasibus abstinet: Liberque Concordiæ in articulo de Persona Christi, antithesi 9. expresse eas rejicit. Secundum divinam naturam, & quidem solam, Christus Patri suo cœlesti æqualis, & unum cum Patre est: Secundum humanam autem naturam, minor Patre, & Pater major est: uti Servator ipsemet innuit, Johann. 14. v. 28. Et Symbolum Athanasianum expresse consentit.

Atque

Atque hæc etiam de tertio capite primariò dicta sufficiant. Plurimum sanè refert, genuinum ejusdem intellectum habere. Tam clarè autem, perspicuè, & ad oculum quasi, tum in Scriptura Sacra, tum in libris Symbolicis nostris caput hoc enucleatur & tractatur, ut supervacaneum sit planè, scrupulosius hic rimari: Utilissimum potius, & tutissimum, in ordine, quem Scriptura Sacra innuit, unicè acquiescere, & firmissima fide tenere, quòd CHRISTUS jam secundum utramque naturam in cœlo & in terra, omnipræsenter dominetur & imperet. Quemadmodum hoc ipsum in statu Exinactionis etiam facere valuisset, si voluisset, & non potius voluntariè regimine planario se abdicasset.



CAPUT

CAPUT QUARTUM.

DE STATU EXI-
NANITIONIS CHRISTI JESU:

QUID PROPRIE SIT HÆC EXINANITIO, ET
secundum quam naturam Christus
se exinaniverit?

I.

STATVS CONTRO-
VERSIAE DE HOC

Capite Quarto.



U M præcedens Caput tertium in vero
& genuino sensu ac intellectu exinanitio-
nis Christi potissimum vertatur, non par-
va quoque inter Nonnullos Theologos
orta & prolixè hætenus agitata est con-
troverfia, *An CHRISTUS IESUS se-
cundum utramque naturam, an verò tantum secundum huma-
nam se exinaniverit? Adeoque an omne illud, quod in statu Exi-
nanitionis fecit, & sustinuit, juxta utramque naturam ille fece-
rit, & perpeffus fuerit? Ita quidem, ut & rectè affirmari queat; di-
vinitatem esse passam: & humanitatem cælum & terram guber-
nasse, & conservasse?*

Deinde àcerriima quoque est disceptatio, *quid sit
proprie Exinanitio? an per eam innuatur, quòd CHRISTUS
JESUS secundum assumptam carnem, quoad plenarium &*

G

inces-

incessantem usum divinae majestatis, realiter, & ἐληθῶς, voluntarie tamen, & tantum usque ad statum Exaltationis se exinaniverit? vel an Exinanitio illa hoc solum intendat, Christum in statu ὑανώσως aequè, ac jam ad dexteram DEI, qua homo fuit, inhabitantem suam plenitudinem totam Deitatis plenariè ac incessanter, sed tamen occultè & latenter in regimine totius universi, usurpasse & exercuisse?

II.

DECISIO HUIUS CONTRO-
VERSIAE.

V ergo secundum Scripturæ Sacrae ductum de rebus istis loquamur & sentiamus, certum initio est, profundam CHRISTI exinanitionem, non minùs quam ipsam Incarnationem pro ὁμολογημένως magno mysterio habendam esse, 1 Timoth. 3. vers. 16. Unde & Beatus Apostolus doctrinam de crucifixo Domino gloriae, sapientiam mysticam ἀποκρυμμένην, reconditam, vocat, 1. Corinth. 2. vers. 7. quod incitamento Nobis merito esse debet, ut magnâ cum reverentia de rebus istis loquamur, nec nobis imaginemur, quasi abyssum hujus mysterii in hac vita penitus perscrutari queamus; Ex parte enim cognoscimus, ex parte prophetamus: Nunc per speculum cernimus, in enigmate, tunc autem cognoscemus, quemadmodum & cogniti sumus, 1. Corinth. 13. vers. 9. & 12.

Deinde certissimum & hoc est, quòd CHRISTUS JESUS secundum divinitatem, se nec humiliarit, nec exinaniverit: Et unanimiter hætenus contra Sacramentarios ac Calvinistas, ex Scriptura Sacra, & Orthodoxa Antiquitate doctum ac creditum est, divinam naturam nec exaltari, nec humiliari potuisse: DEUS enim totus est immutabilis; nec apud ipsum est vicissitudo, vel trans-
mutatio,

mutatio, Jacob. 1. vers. 17. *Cœli pereunt; Deus autem manet*: Et quidem ibi David addit, *Deus manet, sicuti est*, Psalm. 102. vers. 27. & 28. Quod CHRISTUS etiam respicit, inquit de se, quod sit α & ω principium & finis, qui Est, & qui erat, & qui venturus est, Apocalyps. 1. vers. 8. Cum itaque DEUS in divina sua essentia totus sit immutabilis, nec vel Excelsior, vel Inferior fieri queat: Christus autem itidem verus cum Patre & Spiritu Sancto sit DEUS: Idcirco irrefragabiliter verum manet, quod secundum divinitatem suam ille quoque mutari, adeoque non humiliari possit. Confirmatur hæc assertio Libri Concordiæ testimonio pag. 736. quod sic habet: *Quantum ad divinam in Christo naturam attinet, cum in ipso nulla sit, (uti Iacobus testatur,) transmutatio. Divina Christi natura per incarnationem, nihil, (quoad essentiam, & proprietates Ejus,) vel accessit, vel decessit, & per eam in se, vel per se, neque diminuta, neque aucta est.* Hisce verbis perspicue docetur, quod apud Christum, juxta divinitatem, nulla transmutatio, vel diminutio, adeoque nec ulla humiliatio, vel exinanitio, locum habeat.

Econtra apud omnes Evangelicos & Orthodoxos indubitatum hoc est, quemadmodum Christus secundum humanam naturam suam tantum in TEMPORIBUS exaltatus est: Ita eundem secundum hanc ipsam Humanitatem solam humiliatum esse: nec exinanivisse se, qua DEUS, sed qua HOMO: sicut & formam servi ad tempus assumpsit, non juxta divinam, sed juxta humanam naturam: quod Beatus Apostolus perspicue docet ad Philippen. cap. 2. vers. 6, 7, 8, scribens: *Cum Christus in forma Dei esset, exinanivisse ipsum se, & formam servi assumpsisse, humiliasse in seipso, & obedientem factum esse usque ad mortem, mortem autem crucis.* Et si verò Apostolus de tota Persona CHRISTI loquitur; Notandum tamen venit, eiusmodi locutiones ad primum pertinere genus communicationis idiomaticum, cujus secundum Libri Concordiæ tenorem pagin. 733. hæc est ratio, *ut unius natura proprium toti persona, que DEUS est &*

G 2

HOMO,

S. P.
Testin
nium.

HOMO, attribuitur: non eâ verò intentione, quasi utriusq; naturæ simul sint, vel fiant propria. Minime gentium: Sed distinctè declarantur illæ propositiones, secundum quam naturam Personæ hoc vel illud tribuatur. Exempli gratiâ: Rectè de tota persona affirmatur, quod Christus occisus sit, & quod de humiliari: Nihil verò obstat, quò minus & hoc dicatur, occidi, & humiliari, non esse idiomata utriusque naturæ in Christo, sed tantum unius; humanæ videlicet: nihilominus tamen verum manet, totum Christum interfectum, & totum Christum humiliatum esse: licet interfectio, & humiliatio soli naturæ humanæ sint propria. In loco allegato Liber Concordiæ aliquot ἀξιομνημόνευτα. & memorabilia adducit B. Lutheri, adversus Allœosin Zvinglii, quam Diaboli vocat larvam, testimonia: quò brevitatis causa, lectorem remittimus. Sufficit nunc, constanter nos credere, quòd **CHRISTUS JESUS** secundum solam naturam humanam se humiliari, & non secundum divinam, utpote quæ nec exaltari, nec humiliari: & in tempore nec Dominus, nec servus fieri potest. Sicuti anteq̃ solidè ex Scriptura Sacra hoc demonstratum est,

Suffragatur hic iterum Liber Christianæ Concordiæ pagin. 729. ubi hæc verba habentur:

Propter hanc hypostaticam Unionem, (quæ sine illa verâ communicatione Naturarum nec cogitari, nec subsistere potest,) non unde & sola humana natura, CIVIS PROPRIUM EST PATI ET MORI pro totius mundi peccatis est passus: sed ipse Filius DEI verè; (SECUNDUM TAMEN NATURAM HUMANAM ASSUMPTAM;) passus, & ut symbolum nostrum Apostolicum testatur, verè mortuus est: ET SI DIVINA NATURA NEQUE PATI, NEQUE MORI POTEST. Hanc rem D. Lutherus in majore suâ de Cœnâ Domini Confessione, copiosè & solidè declaravit: ubi blasphemam Zvinglij allœosin, qui docuit, unam naturam pro altera sumi & intelligi, tanquam Diaboli larvam, rejecit, & ad Inferni barathrum damnavit.

Hæc Liber Concordiæ: Ubi duo observanda sunt: Primo: Quòd expressè **PATI ET MORI SOLIUS HUMANÆ NATURÆ PROPRIUM** esse dicitur. Deinde, quòd **DIVINAM NATURAM NEQUE PATI NEQUE MORI POSSE**, docetur. Cum verò
Pati

Christi Iesu.

Pati & Mori, ad statum Humiliationis itidem referantur: idcirco palpabiliter apparet, Christum, non juxta utramque naturam, sed tantum juxta Humanam, se humiliasse. Id quod & Sanctus Prophetas David ὁφθαλμοφανέρως confirmat, cum de Homine & Filio Hominis dicit, quod PAULULUM (in statu videlicet humiliationis) a Deo derelictus sit, Psal. 8. v. 6. Et quis quæso tam excerebratus sit, ut credat & dicat, cum Christus se vermem esse, & non hominem, Ps. 22. v. 7. conqueritur, tam secundum naturam divinam, quam secundum humanam, istud affirmari?

Et ut ad classicum illud dictum B. Apostoli redeamus, nullam prorsus divinatione opus est, num B. Paulus Christo humiliationem tantum juxta humanam naturam attribuat. Verba enim per se tam clara & perspicua sunt, ut quilibet Christianus, modò mediocriter illa expendat, genuinum sensum facile ex iis assequi & haurire queat. De eo enim Christo dicit Apostolus, quod se humiliarit, qui in forma Dei fuit: jam verò non secundum divinam naturam in formâ Dei Christus fuit: ita enim Scriptura de divinâ natura non loquitur: secundum humanam verò naturam Christus fuit in formâ Dei: parriceps factus per Unionem personalem infinitæ potentæ, gloriæ & Majestatis: immò totius plenitudinis Deitatis, Coloss. 2. vers. 9. Præterea Apostolus eum se humiliasse ait, qui formam servi assumpsit, & suo tempore deposuit: Neutrum verò secundum divinam naturam Christus fecit. Ut Deus enim nunquam in forma servi fuit, neque tantæ mutationis capax est immutabilis Deitas; uti supra ex dictis Sacræ Scripturæ evictum est: Sequitur proinde, secundum solam humanitatem Christo humiliationem assignari. Id quod porro & inde perspicuum evadit, quod Apostolus ait: Illum ipsum Christum, qui se humiliavit, planè etiam se exinanivisse & evacuasse. Cujusmodi exinanitio & evacuatio juxta solam naturam humanam, & non divinam, Christo tribui potest; Si doctrinam de Christi Deitate, adversus veteres & novos Arrianos, salvam ac integram retinere & conservare velimus.

Quartò, singulari diligentia observari debet, quid propriè sit status humiliationis? & quid innuatur, cum Apostolus ait; Christum se humiliasse, & exinanivisse? Non utique hoc, quod miserum

G. 3, & ca-

De Statu Exinanitionis

54
lia & calamitosum se coram hominibus tantum simulavit; procul enim est talis deceptio à Domino, *apud quem dolus non est inventus unquam*, Esa. 53. vers. 9. Neque hoc volunt verba Apostoli, quasi Christus secundum humanam naturam deposuerit, vel abjecerit divinam illam & infinitam potentiam & virtutem, quam in personali unione accepit; Sequæ possessione etiam illius majestatis planè privavit.

Aliud enim subinde ostendit, cum juxta beneplacitum suum, in carne & per carnem miraculosè operaretur; suamque inhabitantem gloriam, gloriam videlicet, quasi unigeniti à Patre, manifestaret, Iohann. 2. vers. 11. Iohann. 1. vers. 14. Sed in hoc consistit Exinanitio, quòd Christus, etsi secundum carnem quoque statim inhabitantem suam plenitudinem divinitatis plenariè ac incessanter usurpare potuisset, non tamen hoc fecerit, sed quoad plenarium & incessantem usum, adeoque, quoad universale & plenarium dominium cœli & terræ, sponte & pro liberrima sua voluntate, se exinaniverit ac evacuarit, formâ servi assumptâ, quam in vitæ suæ terrenæ curriculo *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ* retinuit, conditionemque servilem, h. e. contumelias, contemptum, & alias passiones in se suscepit; quemadmodum Esaias Propheta prolixè, & ex professo hac de re agit capite quinquagesimo tertio.

Reservavit autem sibi Christus in statu suæ humiliationis & exinanitionis, pro libitu & beneplacito suo, in humanitate, & per humanitatem, nonnunquam divina & supernaturalia opera perficere; ut manifestum inde fieret, divina idiomata, in unione personali accepta, non ipsum abjecisse, vel deposuisse, verum semper, imò in media etiam morte, retinuisse; licet non continuè & plenariè illa, sicut nunc in statu Exaltationis, usurparit. Hoc enim maximum & præcipuum discrimen est inter statum Exinanitionis & Exaltationis Christi Iesu, quòd Dominus etiam in statu Exinanitionis secundum carnem, divinam, ac infinitam potentiam, majestatem & gloriam plenariè quidem habuit; inque Ipso, juxta B. Pauli verba, *πάν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς* habitavit, Col. 2. vers. 9. Hanc ipsam verò inhabitantem potentiam divinam non semper, nec plenariè, dominio universali & absoluto cœli & terræ, secundum carnem, usurpavit; sed verè & realiter, quoad plenariam ac incessantem

cessantem usurpationem, se exinanivit, & voluntariè abstinuit. E-
 contra jam in statu Exaltationis Christus Iesus, etiam secundum hu-
 manitatem, incessanter, & sine ulla intermissione, omnibus creatu-
 ris dominatur, suaque majestate divina non amplius particulariter,
 sed universaliter utitur: quemadmodum ex Scriptura S: & Libro
 Christianæ Concordiæ, aliquoties hoc perspicuè ostendimus, &
 verba ipsa formalia Lectori supra exhibuimus. Uberioris verò con-
 firmationis ergò, utile est, diligenter ponderare ^{ἐμὲ φάσκει καὶ τὰ ἄλλα} illud
 vocabulum, quo B. Apostolus exinanitionem Christi secundum
 carnem describit: ^{ἐκένωσεν}, inquit, ^{ἐαυτὸν}. quod propriè significat, eva-
 cuavit seipsum; vel stylo Biblico, abstinuit ab usurpatione. Vocula
 enim ^{κενός} & ^{κενόω} sæpius reperitur de intermissione, vel exinanitio-
 ne efficacis operationis usurpata: ut potè cum B. Paulus ait: *gratiam*
Dei non fuisse inanem apud se, 1. Corinth. 15. vers. 10. ubi ^{κενόν} idem notat
 ac sine operosa actione. Simile quid occurrit eodem in capite v. 58.
 Et cum hortatur Apostolus, 2. Corinth. 6. vers. 1. ut attendamus, ne
 gratiam Dei in vacuum, (^{εἰς κενόν}) acceperimus, utique illud intendit,
 cautione opus esse, ne gratia Dei inefficax sit apud Nos, sed ut utili-
 ter ac decenter eam ad commodum nostrum adhibeamus. Plura in
 hanc sententiam, ad Scholastica pulpita propriè pertinentia, con-
 sultò prætereuntur.

Apparet autem ex jam dictis, quòd exinanire, non idem sit
 ac occultari; sed idem ac reverà & realiter ita abstinere, ut hoc, vel
 illud non faciamus, & non facere velimus, sive occultè, sive apertè,
 ut ut facere illud optimo jure potuerimus. Et hac ratione Chri-
 stus quoque evacuasse dicitur se, quoad plenarium dominium,
 vel plenariam usurpationem divinæ suæ, quam habebat, gloriæ,
 utur (nisi propter præfixum scopum redemptionis generis hu-
 mani, liberrima voluntate ad tempus abstinere placuisset,) à pri-
 mo conceptionis momento, etiam secundum assumptam san-
 ctam humanitatem, cælum & terram plenariè & incessanter gu-
 bernare potuisset. Majoris ^{σαφηνείας} & perspicuitatis ergò, notetur,
 sequentem ^{κατὰ θεῶν} in seculum seculi invictam & irrefutabilem
 fore.

Aut Christus in statu Humiliationis sic, quoad formam di-
 vinam, se exinanivit, ut infirmam illam potentiam, gloriam &
 majestatem

Emp
 verb
 κενόν
 evaci

Colle

S
 in
 ven
 elc
 ut
 ia
 ole
 uni
 De
 fre
 Rir
 e
 the
 A
 S
 n
 da
 is
 Be vern
 Letter
 Iesu
 niã
 n n
 rum

majestatem ipsam, quam per unionem personalem, etiam juxta carnem, accepit, planè deposuerit; aut omni ac universo, adeoque & particulari usu; aut tantum plenario & incessante usu Majestatis illius se abdicarit.

Iam verò inhabitante illa plenitudine Deitatis nunquam se exuit; immò sine dissolutione unionis illius arctissimæ, ne facere quidem hoc potuit: sed prædictam plenitudinem Deitatis à primo conceptionis momento usque huc retinuit, eamque in omnem æternitatem retinebit: quod apud omnes Evangelicos est extra omnem controversiam.

Usum omnimodum & particularem quod attinet, non eo quoque se Christus Iesus secundum carnem abdicavit. Plena enim sunt quatuor Evangelistarum volumina testimoniis quamplurimis, quomodo Christus nonnunquam pro lubito suo, h. e. particulariter, inhabitantem suam plenitudinem Deitatis, etiam juxta humanam naturam, usurparit, & ad singularium miraculorum operationem, beneficiorumque collationem, illam adhibuerit: ut potè cum manu sua leprosum tetigit, & potentissimum verbum dixit: *VOLO, MUNDUS ESTO*, Matth. 8. vers. 3. quando manibus loculum adolescentis Nainitici tetigit, & exclamavit: *adulescens, Dico Tibi, surge*, Luc. 7. vers. 14. quando Architynagogi Capernatici filiam manu apprehendit & vivificavit, Matth. 9. vers. 25. Quando hydropticum tangens curavit, Luc. 14. vers. 4. Quando Lazarum defunctum, qui per quatrimum jam in sepulcro jacuerat, & foetere inceperat, clara voce sic alloquitur: *Lazare, veni foràs*, Iohann. 11. vers. 43. Ubi Christum ipsummet dixisse legimus, quòd ex hoc opere gloria Dei manifesta sit futura, Iohann. 11. vers. 40. Et talia particularia miracula magno numero recensentur, à Iesu Christo, secundum utramque naturam, in statu exinanitionis, pro liberrimo arbitrio ejus, facta.

Quod si igitur non sic se exinanivit Christus, ut juxta carnem se communicata majestate & potentia divina exuerit, vel eatenus evacuarit: quòd si etiam ab omnimoda usurpatione non totaliter Christus abstinuit; utique irrefragabiliter sequitur, Exinanitionem Christi id innuere & intendere, quòd Christus Iesus universali, plenaria & incessante usurpatione sua majestatis ac potentia

tia

4. Sub forma servili occultatio, seu oblectio, cum divinæ majestatis in genere, tum in specie usus universalis extranei, in regimine omnium creaturarum. 5. Voluntaria præstatio obædientiæ activæ & passivæ, cum pœnarum nostrarum appropriatione. Sed vera evacuationis descriptio his membris non absolvitur.

isio
 Quod enim phrasin *reflexionis usus interni* attinet, ne apex quietis dem unus in totâ Scripturâ Sacrà de eâ reperitur. Nec vel veteres, vel recentiores Theologi, ante annos mille, aut centum, aut etiam quinquaginta, sic locuti fuerunt, aut docuerunt, nihilominus credentes, Christum reverâ se humiliasse & exinanivisse. Et hoc primum est.

Secundò, quòd Christus donis præclarissimis habitualibus, quæ, ut homo creatus, præ aliis hominibus, immò & præ Angelis Dei, quæ corpus, quæ animam, habuit, se evacuarit, aut dona illa deposuerit. Id verò Beatus Paulus in descriptione humiliationis Christi propriè non dicit: minora quoque sunt dona hæc habitualia, quàm ut Forma Dei appellari & vocari debeant. Certum quidem est, hæc quoque axiomata Christum in statu Exinanitionis non semper usurpasse. Ex hoc ipso autem, à minori ad majus, firmissimè concluditur: si propter spontaneam humiliationem & Exinanitionem, Christus creata etiam dona, in statu Exinanitionis non semper & plenariè usurpare voluit, quanto minus increatam illam & infinitam majestatem divinam incessanter & continuè usurpaverit?

Tertiò, quod formæ servilis & imbecillitatum humanarum assumptionem attinet, hæc ipso assumptione inde oritur ac provenit, quòd Christus majestate suâ, non semper, nec plenariè in statu exinanitionis secundum carnem uti voluerit. Nisi enim evacuasset se hac plenaria & continua usurpatione, utique nullo modo formam servilem induere, nec humanam imbecillitatem assumere potuisset. Nullus hîc dolor, nullus ploratus, nulla tristitia, nulla lassitudo locum habuisset. Dum ergò conceditur, quòd Christus formam servi assumeret, seque humanis infirmitatibus submiserit:

utique

utique fundamentum prius concedi oportet, quòd videlicet Christus inde formam servi elegerit, quia voluntariè plenariò usu divinæ majestatis & gloriæ se abdicarit & evacuarit, sine qua præcedente evacuatione & abdicatione, Christus tantùm Dominus mansisset, nihilque unquam servile in Ipso, vel apud Ipsum, aut visum, aut deprehensum fuisset.

Quamdiu igitur hoc docetur, Christum in statu Exinanitionis κατὰ σάρκα ἀληθῶς formam servi assumpsisse, & calamitosum Enoch factum esse: tam diu jure, nec dici, nec doceri potest, quòd in statu Exinanitionis, secundum carnem cœlum & terram cum omnibus creaturis gubernarit, suamque majestatem divinam plenariè & incessanter, juxta carnem exercuerit. Formam servi enim Apostolus formæ Dei opponit: quasi dicat: cum Dominus forma Dei se abdicarit & evacuarit, non semper, nec plenariè eam usurpando; idèò formam servi assumptam illum usurpasse, donec lubitum fuit μορφῆν illam δῦλον iterùm deponere, & post factam exaltationem, plenariè majestatem divinam juxta carnem usurpare.

Quartò: Exinanitio Christi per occultationem & obtectionem describitur, quasi sub forma servili, non tantum majestatem divinam in genere occultarit, sed & in regimine omnium creaturarum, quoad usum externum. Eatenus enim Christus secundum carnem in statu Exinanitionis rectè & occultè, in unitate personæ Filii Dei, omnia rexisse, à quibusdam dicitur, quatenus regimen illud præfixum scopum Redemptionis hominum non impedivit. Enimverò non usque adèò inconcinna, sed sic comparata hæc videntur, quasi ad assertionem gloriæ Christi plurimum faciant. Quemadmodum verò gloriæ Christi, contra expressam Sacræ Scripturæ literam nihil detrahendum; ita nec plus, ex proprio nostro ingenio, ipsi tribuendum est, quàm quod in Sacra Scriptura revelatum invenitur. Hæc ipsa etiam profundissima Exinanitio ad gloriam Christi ampliandam plurimum facit, quod ex visceribus caritatis suæ misertus est nostri, inq̄ne gratiam ac solatium humani generis, calamitosissimus ac miserrimus servus factus est.

Hoc ipsum autem membrum quartum quod attinet in se, primo

H 2

extra

S.
D.
G.
ur
nia
vols
uni
a,
der
rt
S.
rn
da
tis
niã
n n
m

m
jen
elc

De
fre
Kir
e

the

a

is
n

Be vern
Ortter
Iesu

extra omnem est controversiam, quod κατὰ τὸ ῥηθὲν de hac occultatione nihil profus in dicto Paulino ad Philippenfes capite secundo agatur. Manifestum secundò est, occultationem & obvelationem longè & multis modis minus quid esse, quàm evacuationem, aut exinanitionem, de qua Paulus differit.

Et si igitur tertio non negatur, quòd Christus in statu Exinanitionis ut plurimum majestatem suam occultarit, & clam habuerit, sub & in forma servili eam obregendo; quod ipsum quoque Liber Christianæ Concordiæ aliquoties, juxta ductum Scripturæ Sacræ, fatetur & concedit; omni tamen diligentia & justo studio videndum est, quò occultare illud & clam habere referatur: nimirum ad majestatem & gloriam in carne inhabitantem, quam quidem plenariè etiam in statu Exinanitionis Dominus habuit: Quia verò eam non semper, nec plenariè exercuit, sed propter Nos servi formam assumpsit: idcirco κτήσις, vel σωματικὴ in habitatio torius plenitudinis Deitatis, latuit & occultata fuit, ad versutum & superciliosum Spiritum, Diabolum, decipiendum. Quòd autem Dominus Iesus κατὰ σάρκα in statu Exinanitionis omnia in cælo & in terra, cum Patre & Spiritu Sancto, in unitate Personæ Filii Dei, gubernarit, adeoque suam corporaliter inhabitantem plenitudinem Deitatis plenariè & incessanter, occultè tamen, usurparit, illud novum, & hæc tènus in Ecclesia Dei inauditum dogma est, quo cum κένωσις Christi realiter simul stare non potest. Toto namque cælo hæc duo differunt, quando dicitur: Christus etiam in statu Exinanitionis majestatem & potentiam suam κατὰ σάρκα plenariè & incessanter usurpavit: quod Scriptura nusquam dicit, vel docet: Et quando affirmatur, Christum juxta carnem, quoad usum plenarium majestatis suæ, usque ad tempus exaltationis, se evacuasse: quæ de re tùm Literæ sacræ, tùm Libri nostri Symbolici, sapiùs loquuntur: sicuti suprâ in diexodo tertii capitis controversi verba formalia allegata vidimus. Et certum est si Christus secundum humanitatem, in media etiam morte, divinam suam majestatem plenariè ac incessanter usurpavit, κένωσιν, vel evacuationem, adeoque humiliationis gradum summum, radicitus & funditus sublatum iri: quod tamen minimè fieri debet. Neque enim Spiritus Sanctus dicis causa, sed consultò, vocula ἐκένωσεν usus fait, eaque

eaque profundissimam exinanitionem Christi secundum carnem indicare voluit; qua factum, ut majestatem suam, quam habuit, plenariè usurpare noluerit, sed voluntarie se exinaniverit, & abstinerit.

In sequentibus verbis vocula sanè, ἐταπεινώσεν, etiam utitur, vers. 8. inquit: Christum humiliatum, usque ad mortem, mortem autem crucis, obedientiam præstitisse. Et de hoc quidem nemo dubitat: modò Exinanitio quoque facta statuatur: Sin minus, certo certius, vel profus nullum, vel perexiguum discrimen inter statum Exinanitionis & Exaltationis supererit. Nam & nunc Christus, sedens ad dexteram Dei, majestatem suam usurpat plenariè quidem, in oculis tamen nostris occultè & latenter: cum nec Dominus ipse videatur: regimen quoque ejus sit inconspicuum; & modo planè cœlesti, nobisque imperscrutabili, dominetur. In hac enim mortalitate non assequimur, quomodo CHRISTUS θεὸς ὄντων in cœlo & in terra omnipræsens omnes creaturas regat ac gubernet. Silentio nunc involvitur, cum Christus in medio inimicorum suorum dominatur, Psalm. 110. vers. 2. Hoc ipsum quoque, quoad inimicorum notitiam, occultè & latenter fieri. Complures enim ipsorum penitus nullum Christum agnoscunt, qui Dei viventis sit Filius. Et licèt aliqui opinentur, differentiam in eo consistere, quòd CHRISTUS gubernationem suam præsentem mundo intimarit, inquit: *Data est mihi πᾶσα ἐξουσία in cœlo, & in terrâ*, Matth. 28. vers. 18. quod in statu Exinanitionis factum non sit, contrarium tamen ex distinctis Christi sermonibus luculenter apparet: utpote cum ait: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, Matth. 11. vers. 26. quæ verba nihil minus in se continent, quam illa, Matth. 28. *Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra*. Sic cum Christus inquit, Johann. 16. vers. 15. *Omnia, quæcunque Pater habet, mea sunt*: universi ac singuli auditores perceperunt, quòd CHRISTUS JESUS profiteatur, se in statu etiam Exinanitionis suam humanam naturam infinitæ majestatis divinæ participem fecisse: adeoque & hoc putativum discrimen occultationis, in statu exinanitionis & exaltationis, in fumum quoque abit.

Ut itaque sana doctrina apud Nos illibata & pura conservetur, Vera

H 3,

cutissi,

niâ

n n

r u

r u

cutissimum est, utrumque ex Scriptura Sacra credere: primò quidem, quòd CHRISTUS à primo conceptionis momento, etiam secundum carnem, omnem maiestatem, potentiam & gloriam infinitam, imò totam plenitudinem Deitatis corporaliter in se habentem habuerit, Coloss. 2. vers. 9. quòd gloriam habuerit *Unigeniti à Patre*; Johan. 1. vers. 14. Deinde amplectamur & hoc, quòd plenitudinem hanc Deitatis occultarit, usum plenarium maiestatis juxta carnem retraxerit & suspenderit; sponteque se, quo ad plenariam usurpationem, evacuarit, adeoque nec aperte, nec latenter, maiestatem suam, in regimine continuo & incessante totius universi, usurparit. Hæc vera & genuina illa est *κενωσις* ac evacuatio, de qua B. Paulus agit, & quam dudum Liber Concordiæ Christianæ, tum in epitome, tum in solida & perspicua declaratione, paginis & verbis supra in tertio capite allegatis, eleganter explicavit.

ratio. Quod verò quidam sic argumentari volunt: Quicquid maiestatis divinæ Christus in statu exinanitionis retinuit, illud forma servi texit & occultavit.

Atqui non solam maiestatem ipsam divinam, sed & universalem operationem ejusdem, apud Ecclesiam suam, & alias creaturas, quatenus scopus Redemptionis non impediatur, retinuit.

Ergò non maiestatem tantum ipsam, sed & usum eiusdem universalem, Christus obvelavit.

ratio. Responsio in promptu est, argumentum hoc petitione principii, & fundamento incerto laborare. Neque enim vel evictum iam est, vel posthac etiam evinci potest, quòd Christus secundum carnem, in statu Exinanitionis, plenarium quoque usum maiestatis suæ retinuerit. Contrarium potius ex Sacra Scriptura elucescit, quòd Dominus voluntariè à plenario hoc usu abstinerit, seque eo evacuarit. Quomodo enim verè servus esse Christus potuisset, si etiam in statu Exinanitionis realiter Dominus fuisset, omnesque creaturas, in cælo & in terra, potenter, non minùs, quàm nunc, gubernasset? Eiusmodi certè plenarium dominium, sive occultum illud sit, sive manifestum, cum misera illa servi forma & conditione simul stare non potest. *Κενωσις* insuper & evacuatio tota expiraret, nisi Dominus JESUS CHRISTUS, quoad usum plenarium & universalem maiestatis suæ divinæ, se evacuasset. Supra enim dictum

dictum est, exinanitionem vel factam esse, respectu Maiestatis ipsius, vel respectu omnimodi usus abdicati, vel respectu universalis tantum & plenariæ usurpationis. Non facta autem est *respective* respectu ipsius maiestatis; quia CHRISTUS eam non deposuit, sed & iuxta carnem, in unitate personæ Filii Dei, semper retinuit; neque facta est quoad omnimodam abdicationem gloriæ divinæ: siquidem se Christus non omni usu maiestatis suæ evacuavit; sed pro lubitu, & quando, & quomodo sibi visum fuit, potestatem suam ac potentiam exercuit: quemadmodum miracula eius fuscè testantur. Restat igitur & sequitur irrefutabiliter, CHRISTUM duntaxat exinanitum esse, quoad plenarium usum maiestatis divinæ, eumque suspendisse, ac distulisse, donec deposita servi forma, & consummata sua passione, in gloriam suam intravit: ubi demum realiter cœlum & terram, secundum utramque naturam, regere & gubernare cœpit, regimenque istud incessanter apud omnes creaturas continuare pergit.

Tandem ad statum Humiliationis obedientia quoque Christi usque ad mortem, mortem autem crucis, Patri cœlesti activè & passivè præstita, pertinet; quòd Legem Dei implevit, pœnas pro NOBIS luit, & in se suscepit, Plalm. 22. v. 8. Matth. 5. v. 17, 18. El. 53. 4. Rom. 5. v. 18. & 19. Tantum verò abest, negari istud membrum humiliationis Christi, ut potiùs omnes Evangelici Doctores *quod dicitur* fateantur, pro immensa gratia Domini erga nos miserimos peccatores, hoc celebrandum esse, quòd tanta pro Nobis fecerit, tantaque pro Nobis passus fuerit, pro Nobis, ut à peccato, morte, Diabolo & Inferno nos liberaret.

Interim verò & hoc observandum est, quòd postremum quoque istud membrum humiliationis, non aliunde, quàm ex ipsa exinanitione & evacuatione, ceu ex proximo fonte, oriatur & permanet. Animo enim suo quilibet pius Christianus revolvat: Si Christus in statu exinanitionis divinam suam maiestatem, potentiam ac gloriam plenariè & incessanter usurpasset, annon eo ipso ab omni obedientia Legis Liber futurus? & an tantillum, vel in extremitate unius venulæ, passurus fuisset? Nullo planè modo tale quid contigisset. Quandoquidem verò ut homo, plenarium usum infinitæ suæ maiestatis rerraxit & suspendit; nec, nisi pro lubito,

lubitu, inhabitantem suam gloriam exhibuit, commode, assumpta præsertim servi formâ, obedientiam præstare, legi se subicere, omnesque pœnas in se suscipere & sustinere potuit. Proinde gradus reliqui omnes humiliationis Exinanitionem plenarii & incessantis usus divinæ maiestatis Domini secundum carnem, non tantum non tollunt, sed potius confirmant.

Econtra, si evacuatio plenarii usus corporaliter inhabitantis plenitudinis Deitatis, in statu exinanitionis Christi secundum carnem, negetur, tum certum est, pronunciatum Apostoli perspicuum penitus tolli, nucleum humiliationis annihilari, & fundamentum reliquorum graduum humiliationis everti.

Notetur autem & istud hîc diligenter, etsi Christus juxta carnem ab usurpatione universali majestatis suæ abstinuit, eundem tamen secundum divinam naturam, omnia in cœlo & in terra potenter rexisse, & cum Patre & Spiritu Sancto omnes creaturas gubernasse. Secundum divinam enim naturam nullo profus modo, quicumque etiam, vel excogitari, vel nominari queat, se exinanivit: Sed dominans ac omnipræsens Dominus & Deus semper fuit, & mansit; quemadmodum etiam juxta divinam naturam non passus, multò minus ipsa natura divina passa, sed Deus in carne, & Dominus gloriæ crucifixus fuit.

Atque hæc est $\sigma\upsilon\nu\omicron\pi\tau\eta\kappa\iota$ ac simplicissima Informatio de quarto etiam capite controverso, quid de illo Scriptura Sacra, & Evangelica fidei Symbola doceant, ac testentur. In hac simplicitate lubenter acquiescimus, & quæ hac in vita nobis sunt ἀνεξεπεύνητα, ad futuram reservamus, ubi quod imperfectum est, abolebitur, teste B, Apostolo, 1. Corinth, 13.

vers. 10.

ANTI-

ANTITHESIS.

Cæterum, quemadmodum veram & genuinam, & solidam sententiam, VERBO DEI undiquaque consonam, avidè arripimus; ita quoque non minus omni studio nitimur, ut caveamus nobis ab omni erroneo dogmate, quod vel jam de quarto hoc capite extat, vel imposterum spargi posset.

Exempli gratiâ:

1. Erroneum est statuere, quòd Christus totus secundum utramque naturam se evacuarit. In divina enim natura, nec transmutatio, nec exinanitio ulla locum habet: cum DEUS in natura sua maneat, sicut est, Psalm. 102. vers. 28. Planè igitur erroneum est, quòd divinitas ullo modo, vel ulla ratione, se evacuarit. Si enim se evacuasset; utique immutabilis non mansisset, cum tamè ulla μεταβολή, vel παρὰ φύσιν, apud DEUM sit, Jacob. 1. v. 17.

2. Plane erroneum est, dicere, quòd divinitas sit passa: Filius quidem DEI passus est, & profudit ipse Deus sanguinem suum, Dominus gloriæ crucifixus, & Jehovah ipse transfixus est; non verò secundum divinitatem, sed tantum juxta humanam naturam. Unde S. Petrus disertè ait: *Christum juxta carnem mortificationem,* (*θανάτω δὲ κατὰ σαρκί.*) 1. Petr. 3. vers. 18. & *passum CARNE* pro nobis, 1. Petr. 4. v. 1.

3. Omnino erroneum est, docere, quòd Christus secundum

De Statu Exinanitionis

cundum carnem plenaria usurpatione majestatis suæ in statu Exinanitionis, se non abdicarit, vel eatenus evacuet. Hac enim ratione statui humiliationis plurimum derogaretur. Nec alia conditio Christi facta esset in statu Exaltationis, quam in statu Exinanitionis fuit. Cum tamen B. Apostolus utrumque statum ab invicem plurimum discernat, Phil, 2. v. 8, & 9.

4. Penitus erroneum est, quod Christus, non obstante liberrima *κένωσις*, vel evacuatione, in ipsa nihilominus morte, cœlum & terram, secundum humanam quoque naturam, omnipræsender rexerit. Adversatur hoc è diametro formæ servili, quam sponte Christus suscepit, Philippens. 2. vers. 2. & cuius respectu plenariam gubernationem secundum carnem usque ad Exaltationem & sessionem ad dexteram Dei, distulit, Ephes. 4. vers. 20, & 21.

5. Prorsus erroneum est, si statuitur, nisi regimen universale in statu Exinanitionis secundum humanam naturam concedatur, Nestorianam inde sequi Personæ CHRISTI divulsionem. Neque enim persona divellitur, vel Nestoriano modo docetur, licet aliquid de tota quidem persona, non tamen secundum utramque naturam, sed secundum unam tantum dicatur. Nam in primo genere communicationis idiomatum, ipsa Scriptura sic loqui solet; uti supra ex Petro,

1. E.

1. Epistol. cap. 3. vers. 18. & capit. 4. vers. 1. allegavimus. Apud Beatum quoque Paulum similia reperiuntur loca, quando de tota persona affirmat, *Quod Filius Dei natus sit ex semine David*, & tamen restrictionem istam addit: *καρνα ὄντα*, SECUNDUM CARNEM. Ita quoque, cum ait, *Christum esse ex Patribus*, & tamen statim adjicit: *Quantum attinet ad carnem*, Roman. 9. vers. 5. Eadem planè ratio est, cum aliquid de tota CHRISTI persona dicitur, quod tamen juxta solam divinam naturam, utpote *ἰδιωμα* illius, intelligi debet. Exempli gratia: cum CHRISTUS inquit, Johan. 6. vers. 62. *Videbitis Filium hominis ascendentem eo, ubi prius fuit*. Hic utique sermo est de tota CHRISTI persona, & tamen certissimum quoque, juxta solam naturam divinam, CHRISTUM antea in cælis fuisse, (nimisrum antequam incarnaretur,) quò se jam secundum humanam naturam visibiliter ascensurum, testatur. Non igitur Nestoriana divulsio Personæ sequitur, si idiomatica naturarum discernuntur. Nestorianismum autem valde sapit, si quid de natura una dicitur, & illud ipsum de tota persona negatur; quæ tamen ab altera naturarum nomen habet. Utpote cum Zwinglius scribit, humanitatem CHRISTI esse passam, nec tamen concedit, ipsum DEI Filium esse passum.

6. Erroneum planè est, docere, quòd Christus in statu exinanitionis secundum carnem, tantum occultaverit

verit gloriam suam coram hominibus, nec illam videri, aut palpari, permiserit: Interim eam ipsam gloriam in universali regimine, realiter & incessanter usurpavit. Ludificatio hoc foret & mera *phantasia*; cum tamen Dominus *verè* servus fuerit, & ut servum, realiter, ac ipso opere, coram Deo etiam, se exhibuerit, uti Esaias perspicue innuit, cap. 53. vers. 4.

7. Erroneum totum est, quòd Christus in statu humiliationis nihil secundum divinitatem suam egerit, quod non simul secundum humanitatem quoque ab ipso factum sit. Hac enim ratione exinanitio **CHRISTI** secundum carnem penitus tolleretur, contra doctrinam Apostoli, Philippens. 2. vers. 7.
8. Omnibus numeris erroneum est, dicere, quod Christus, in profundissima etiam humiliatione & exinanitione, secundum carnem nihilominus plenariam gubernationem & usurpationem maiestatis ac gloriæ suæ undiquaque retinuerit. Hac enim ratione supervacaneum fuisset, Ipsum, post exantlatam passionem, demum à Deo gloria & honore coronari, Dominumque super omnia opera manuum eius constitui, & omnia pedibus ejus subiici, Psalm. 8. vers. 7.
9. Absolute erroneum est, quòd Christus tantum coram hominibus se exinaniverit, non autem revera coram Ipso Domino Deo. Aliud enim manifeste patet

Christi Iesu.

patet ex oratione Christi, Johann. 17. vers. 5. Ubi
Christus sic suspiravit: PATER, CLARIFICA
ME APUD TE IPSUM *ea claritate, quam apud TE*
habui, ante initium mundi. Quod si igitur Christus o-
ravit, coram Deo ipso, vel apud Deum ipsum, clari-
ficari; & verò secundum solam naturam humanam
sic precatus est in statu Exinanitionis, utique irre-
fragabiliter sequitur, quòd claritate hac, quam ha-
buit, etiam coram Deo Patre cœlesti se evacuarit,
alioquin petere non potuisset: clarifica me apud
TE IPSUM,

10. Per omnia erroneum est, quòd Exinanitio, de qua
B. Paulus agit, nihil aliud sit, quam humiliatio, &
quod vocula *ἐνέτωσεν*, non *ἐνέτωσεν*, sicut sonat, sed tro-
pice, vel figurate, intelligenda sit. Nulla enim, & ne
minima quidem urgens, aut evidens necessitas hic
est, quæ nos adigat, ut à clara & perspicua litera, sen-
su quæ literali recedamus: præsertim cùm loca plura
παρὰ τὴν λέξιν in Scriptura Sacra reperiantur.

Cum quæ nulla ex rejectis istis Antithesibus in sacris
Bibliis, vel receptis nostris Symbolicis Confessionibus,
reperiatur: Idcirco ex nostris quoque Ecclesiis & Scholis
Evangelicis meritò profligantur, ne quis eas, vel propo-
nat, vel propugnare contendat, Atque hæc de quarto et-
iam capite dicta sufficiant.

Faxit Pater omnis gratiæ & misericor-
diæ, ut Verbum Ejus sanctum purè & sin-
cerè

70 De Stātu Exinanit. Christi Iesu.

cerè in toto orbe Christiano, præsertim au-
tem incluto hoc Saxonix Electoratu, inpo-
sterum quoque annuncietur, & usque ad
gloriosum adventum Filii sui unigeniti,
Domini nostri Iesu Christi, illibatum con-
servetur : propter sanctissimi nominis sui
gloriam, & nostrum omnium salutem
sempiternam: Amen,
Amen.

Annue hic, ô dulcissime Do-
mine IESU CHRISTE,
Amen!

F I N I S.

U S.

D

D

S

fur

hia

Mole

ni un

n

za,

der

a d

art

S

ern

da

itiss

niã

nn

ma

in
jen
els

de
fre
Kir
e

thet

a

is


n


da

Be vern

Gutter

Jesus





Medicus Medicus

Amicorum integerrime exijs libris et tu et ego hanc
 quamplurima, unde manat medicinae cognitio, qui
 tuone pressos et viribus destitutos et levanti et
 prosperum vite statum reduimus, quam plures enim
 cum qui florent aetate tum qui non florent, infirmi-
 tibus afflicti, quos, gloria sit Deo, ad eam quam
 habere prosperam valetudinem precuimus, ac valet-
 udinis eorundem curam gerimus indefessam: et quamvis
 pristinas adhuc vires quodammodo desiderant, nam
 veteratum seu diuturnum cuiuslibet morbum, eor-
 um curare non valimus, tandem tamen illis infirmitate
 adhuc affectis valetudinem recuperamus, et si quando
 alicui eiusmodi vulnus sit, ab spes salutis nulla sub-
 sistit, sicut non raro in pugna gravi vulnere affi-
 untur, ipsam nobis breviori aut vitio diuere non
 valent, cum gravem illorum in nos curam susce-
 pimus, ac reperandae pristinae sanitati omni
 studio impendimus, sub solis ortum ob infirmos si-
 gemus e drato, et diurno cum studio docturnas
 vigilias conjungimus ad pristinam illis valetu-
 dinem restituendam.

amen.

ADUS HONORIS.

II.

EDUCATIO.

ON nasci, sed fieri homines,
Sensit quidam non sine sensu.

Nascitur inhumanum corpus;

Per Moderatores ad humanitatem

Humanus inducitur animus:

res informem lingua efformare factum.

um esse a teneris assuescere,

ne nescit, neque negligit

mus Parens Tuis, *et* iudicium;

vero senile videbat iudicium;

nihil prater artem;

mi Tui dotes, non sperabat,

et spectabat,

im vero Heroem animus,

Atlantem Labor,

s Herculem promittebat.

et inter domesticorum obsequia

Sivit enutriti,

o Mularum obsequio debebaris;

Etum se paterno credidit officio,

in cum optime functus esset.

Ple-



Unt faciles pueri, pueros exempla
Da socium lepore, jam sciet esse
Et leporem factum, si vis, coniunge
Jamq; Leo fiet, qui fuit ante li



Ezech. 19.

Incedebat inter Leones, & factus est

EPIGRAMMA

Unica Filii cura occupare videbatur.
Non lat erat
Moderatoribus optimis opumum trad
Ipsa insuper Tua studia, familiaritates
Aut pervigili observabat oculo,
Aut sollicita pervestigabat Indagine
Ipsa
Domesticarum lucubrationum
Accuratus Censor,
Ipsa Exercitationum scholasticarum
Attentus arbiter,
Addebat ea Tibi Parentis cura stimulum,
Id unum ut respiceres,
Ut Parentis animum nunquam non inspicer
Acus ad instar Magnetica
In amicum solum semper intentus;
Id unum laborares,
Ut non minus Filius a Patre expressus,
Quam Pater in Filio videretur impressus.

us pur
ber de
ein und
in auch
vicul.
utst
ieflie
ut/
Stati
nel/v
elbst
Gott
nicht
Chri
rer u
cher
Sa
zu
fra
sig
ein
lie
st
u
f
l
e
r
e



ADUS HONORIS

III.

SACERDOTIUM.

Uiam esse auram
 Nosti optime
 Reverendissime PRAESUL.
 Quam *Amplissimus* D. PARENS Tuus apes
 ruerat meritum semitam,
 efficiere ad dignitates viam

num erat.
 si, dico, in aula
 He poterat:
 eri Lumina, Ipse Lumen,
 d Aram maluisti.

hoc habes Ecclesiae Hildesienfis
 istum

OSDAGI, GERDAGI,
 IANNI, CONRADI.

ri Praesulumque normam videres,
 a Cleri normam adisti;
 im jam tum annulus,
 ontificabilibus futurus eras

cessor VICARIUS,
 rbis Domina

isque Tuos laudavit,
 B

Civem

Causas demandavit

Industriam probavit

Tandem

Eruditione clarum,

Experientia instructum,

Vitae integritate spectabilem,

Non sine Numine, ac sapientiae Nomine

Ad Tuos remisit,

Ut novus Mythes,

Cum candida suscepra veste

Virtutis, ac caeli factus Candidatus;

Illuminaret omnes;

Exemplo summos,

Authoritate imos.

EPIGRAMMA.

Favus Mellis in ore Leonis. Jud. 1.

Ellea dona Leo Samsoni mellea dona

Donat: Tu multo nobiliora, Deum

Dixero pene Tibi Divinum Numen

Nam non dat, qui non possidet ipse





ADUS HONORIS
VI.

R A P P O S I T U R A G O S -
T A R I E N S I S .

Elphico verius oraculum est:
Quisquis gloriam promover Naminis,
Negligendo suam, auget.
Neglecto Numine, quisquis suo velifica-
tur Nomi,

augmento imminuit,
DEI gloria promovenda fuerit studium,
toto tacente, orbis Monarcha loquitur:
sapientissimo Electore ad maxima electum,
ne jam auctum honoribus,

bus dignum censuit;
R A P P O S I T U M C o m p e t i t o r i b u s ,
G O S T A R I E N S I U M C o l l e g i o

R A P P O S I T U M .

ne est,
edit Goslarix facies.

in proferebat,

ut capita,

ONES, FRIDERICI, REINOLDI,

in ARCHIPRAESULES.

*Il vulgare Leo est; aspirat ad omnia
Digna putat summo summa
Famulus in summo gradus est; n
Aut si vis porro scendere, scari*



Quasi Leo ascendet, Jerem, 3

E P I S C O P I

HIERAPOLITANOS proferet EPISCOPUS
ANETHANOS si leveris,
Sementi respondet mellis;
Goslarie solum;
Colonos non genium mutavit
HILDESIMUM fecit EPISCOPUM.
ADELOGUM Goslarie PRÆPOSITUM,
Cum sua prodigè in sacra profunderet,
Etiam parcus sibi vilis,
Amplissime constructum fundavit,
Inde Divo Mauritio
Collegium hinc victrici Crucis signo,
Ecclesiam Cathedralem è favilla rescivit
pit decoris,
HILDESIENSIS PRÆSUL p
Quam Cesaribus avis
M...

Deo

Tempo

omnia ad majorem Dei gloriam &
Materis Mariæ honorem

Carmina

ad frustra viri magnæ tuos delictis
affectus magni nobili aude

si multiplex recedentes sumi
emulaq; magnificus calmi

vicinis ego etiam conceptis ablig.
Volatq; solliciti pectoris au

aggemel affectus volorum saxit
mittit et astringere specula in

sic nova fama tulit toto se spernitur or
huic flamas intereligna

huic flamas intereligna sed

Franciscus
Ennerius
neman

